diu ſtropem recipiebant. Sed tamen tellus humatis que ſuperducit᷑. redierat in priſtinā diſtenta planiciē. pōdere inuali. ſe diuturno ym-brium fluxu ſedentibus acernis. Que fuit cauſa? vt locum auderent tamquā vacantem corporibus corporum baiuli raſtris funebribꝰ im piare. Quid plura? Jam niger ceſpes ex viridi. Jam ſupra antiquum ſepulchrum. glebe recentes. cum forte pergens vrbem ad aruernam. publicum ſcelus e ſupercilio vicini collis aſpexi. Neq̧ equo effuſo. tam per abrubta. ꝙ per equata proripiēs. et more exigue ſic qͦꝫ īpa ciens. antequam peruenirem facinus audax preuio clamore conpeſcui Dum dubitant in crimime reperti· dilaberentur an ſtarēt. Et ſuper-veni. confiteor errorē· ſupplicia captorꝝ differre non potui. ſed ſupra ipſum ſenis noſtri oppertorium. torſi latrones. quātū ſufficere poſſit ſuperſtitum cure. mortuorum ſecuritati. Ceterum veſtro quod ſacer-doti nil reſeruaui. mee cauſe. ſueq̧ ꝑſone preſcius. in cōmune cōſului. ne vel hoc iuſto clemētiꝰ vindicaret᷑. vel illa iuſto ſeueriꝰ vīdicaret Cui cum tamen totum ordinē rei vt ſatiſfaciēs ex itinere mādaſſem Vir ſanctus et iuſtꝰ. iracundie mee dedit gloriam. Cū nil ampliꝰ ego venia poſtularem. pronūcians more maiorum reos tāte temeritatis iure ceſos videri. Sed nequid in poſterum caſibꝰ liceat. quos ab ex-emplo vitare debemus. poſco vt actuum me quoq̧ abſente. tua cura. Sed meo ſumptu reſurgat. in molem ſparſa cōgeries. quam leuigata pagina tegat. Ego venerabili gaudentio reliqui. preciū lapidis. ope riſq̧ mercedem. Carmen hoc ſane quod conſequetur. nocte proxima feci. non expolitum credo quod vie non parum intentus· Quod peto vt tabule quantulūcumq̧ ē. celeriter indat᷑. Sed vide vt vicium non facit in marmore lapicida. Quod factū ſiue ab induſtria. ſeu per in-iuriam. michi magis ꝙ quadratorio liuidꝰ lector aſſcribit. Ego vero ſi pio ſtudio rogata curaueris. ſic agam gracias. quaſi nil tibi qͦꝫ lau dis aut glorie accedat. quem patruo tuo me remoto ſolida preſentis officij ſollicitudo manſiſſet pro gradu ſeminis.

## Epitaphium Appollinaris.

SErum poſt patruos patreqꝫ carmē.
Haut indignus auo nepos dicaui.
Ne fors tempore poſtumo viator.
Ignorans reuerenciam ſepulti.
Tellurem tereres in aggeratam.
Prefectus iacet hic appollinaris.
Poſt pretoria recta galliarum.
Merentes patrie ſinu receptus.
Conſultiſſimus vtiliſſimuſqꝫ.
Iuris milicie foriqꝫ cultor.
Exemploqꝫ aliȷs periculoſo.
Liber ſub dominantibus tyrannis.
Hec ſed magna dignitas prodatur.
Quod frōtem cruce. mēbra fonte purgās.
Primus de numero patrum ſuorum.
Sacris ſacrilegis renunciauit.
Hoc primum eſt decus. hec ſuperba virt9.
Sepe precedere. quos honore iungas.
Quiqꝫ hic ſunt titulis pares parentes.
Hos illic meritis ſuperuenire.

Noui quidem auctoris nrī non reſpōdere doctrine epitaphȷ qualitatem. ſed anima perita muſicas non refutat inferias. Tibi qꝫ nō decet tardum videri. ꝙ heres tercius quartuſqꝫ dependim9. cū tot annoꝝ gyro voluto. magnū alexandrum parentaſſe manibus achillis. et Iulium ceſarem hectori. vt ſuo iuſta perſoluiſſe didicerimus.

Sidonius appollinari ſuo ſalutem.

VInce probo. gaudeo. admiror. quod caſtitatis affectu cōtubernia fugis impudicorū. p̄ſertim quib9 nichil penſi. neqꝫ ſancti eſt. in appetendis. garriendiſqꝫ turpitudinibus. quiqꝫ qđ verbis īverecundis auriū publicarū verecundiā inceſſant. grāditer ſibi vident̄

facetiari. cuius vilitatis eſſe ſigniferum gnatonem· patrie noſtre. vel
maximū intellige. eſt enim hic gurges. De ſutoribus famularum. De
concinnatoribus criminū. De ſiniſtrarum opinionū. Duplicatoribus.
loquar ipſe nec dicax. ridiculuſqꝫ. nec letꝰ arrogāſqꝫ. nec conſtans cu
rioſuſqꝫ. nec perſpicax atqꝫ īdecenter affectato lepore. plꝰ ruſticꝰ· tem
pora ꝑſentia colens. ꝑterita carpens. futura faſtidiēs. bnficij ſi roga
turus ē importunus petēdi. Derogator negati. emultor accepti. calli
dus reformandi. querulus flagiti. garrulꝰ reſtituti. Ad ſi rogādus. ſi
mulator parati. Diſſimulator petiti. Vēditor ꝑſti. publicator occulti.
calumpniator morati. īficiator ſoluti. oſor ieiuniorꝝ. ſectator epularꝝ
laudabilē proferens non de beneviuente. Sed de bn̄ paſcente ſentēciā
Inter hec tamē ipſe auariſſimus. qemqꝫ non paſcit. tam panis bonꝰ.
ꝙ̃ panis alienus. hoc ſolum cōmedens domi. Si quid eraptis. īter ala
pharum procellas. premiſit obſonus. Sed nec eſt ſane predicabilis
viri in totū ſilenda frugalitas. Ieiunat: quotiēs nō vocatur. Sꝫ ſic
qꝫ̊ leuitate paralitica. ſi inuitetur. excuſans. ſi vitetur. explorans· Si
excludatur exprobrans. ſi admittatᷓ exultans. ſi verberetur expectās.
Cū diſcubuerit. fertᷓ. actutū ſi tarde cōmedat. ī rapinas ſi cito ſaturetᷓ
in lacrimas ſi ſitiat. ī querelas ſi īebrietᷓ. in vomicas ſi fatiget. in cō
tumelias ſi fatigetur. ī furias fetulentie oīo ꝑ cloacali. que quo plus
cōmota. plus fetida ē. Ita viuens pauces voluptati. nullis amori. oī
bꝰ riſui ē· veſicarꝝ ruptor. factorqꝫ ferularꝝ. bibēdi auidus. auicior de
trahendi. rapido pariter ore ſpirās cenū. ſpumans vinū. loquens vene
nū facit ambigi. putidior temullētior an facinoroſior exiſtimetᷓ. Sꝫ
dicis· aīmi ꝓbra vultu colorat. et deꝑcatᷓ īeptias mētis. qualitas cor-
poris. Elegās videlicet hō. ꝓuenuſtꝰ cuiuſqꝫ ſit ſpectabilis ꝑſona īſen
tibꝰ. Enumero illa ſordidior atꝫ deformior ē cadauere rogali. quod
facibus admotū. ſemicōbuſtum. moxqꝫ ſidente ſtrue corriū de uolutum
reddere pire iam faſtidioſus pollictor exhorret. ꝑter hꝰ lumina gerit.
idem lumine carētia. que ſtigienice paludis. voluunt lacrimas ꝑ te-
nebras· gerit et aures immaītate barrinas. quarꝝ fiſtolam biforem.
pellis vlceroſa circūuenit. ſaxeis nodis et coſoſis humore verrucis ꝑ

marginem curuum protuberātibus. Portat et naſum . qui cū ſitam
plus in foraminibꝰ. ſtrictꝰ in ſpina. ſic pateſcit horrori. qđ anguſtat
olfactui· pretēdit os eciā labris. plumbeum rictu ferinum. gingiuis
purulentum. dentibus buxeum. quod ſpurcat frequenter. exhalatus e
concauo molarium conputreſcentium· meniphiticꝰ odor. quē ſupercu
mulat eſculēta ructatio . De dapibꝰ heſternis. et redūdantiū ſentina
cenarū. Promit et frontē. que fediſſimo geſtu cutem plicat. Supci
lia diſtendit. nutrit et barbam· que iam ſenectute caneſcens . fit tñ
morbo nigra ſyllano. Tota deniqꝫ ē miſero facies ita pollida. veluti ꝑ
horas vmbris. meſtificata larualibus. Taceo reliquā ſui molē. vinctā
podagra. pīguedine ſoluta Taceo cerebrū crebra iubice peraratū. qđ
parum amplius tegi cōſtat capillis ꝗ̄ cicatricibꝰ. Taceo ꝓ breuitate
ceruicis. accipitri ſupinato ſtabulaꝝ adherere cōfinia. Taceo q̄a deci
dit honor humeris. decor brachijs. robur lacertis. Taceo cyragricas
manus iunctis cataphaſmatū pannis. tāꝗ̄ ceſtibus inuolutas. Taceo
ꝗ alarum ſpecubus hircoſis atqꝫ aceſcentibus latera captiua vallatꝰ
nares circūſedentiū. ventilata duplicis ampſandi peſte funeſtat. Ta
ceo fractas pōdere aruine iacere mammas. quaſqꝫ fedū eſſet ī pectore
virili. vel prominere has vt vbera materna cecidiſſe. Taceo vētris ī
flexi. pendulos caſſes. partim genitaliū q̄a debilibus pudende turpibꝰ
rugis turpius p̄bere velamen. Jam quid h̄ tergū ſpināqꝫ cōmemorē:
De cuius licet internodioꝝ fomitibꝰ erumpēs. aream pectoris texat
curuatura ceſtaꝝ. tota nichilominus hec oſſium ramoſa compago ſub
vno velut exundātis ab dominis pelago latet. taceo lumboꝝ corpu
lentiam cluniumqꝫ cui craſſitudini comparata cenſetur aluus exilis.
taceo femur aridū et pandū . Genua vaſta· poplices delicatos· crura
cornea. vitreos talos. peruos digitos· pedes grandes. Cūqꝫ diſtortus
horreat. ita liniamentis· per que multiplicē peſtilenciam . exſanguis
ſemiuiuuſqꝫ. nec portatus ſentiat. nec ſuſtentatus īcedat· verbis tñ
eſt ille ꝗ̄ membris execrabilior. Nā quāꝗ̄ prurituu laboret. ſermoīs
inhoneſti. tum patronorū eſt precipue cauendus archanis. quorū ē
laudator. in proſperis delator in dubijs. Ac ſi ad occulta familiarum

publicanda· tmeporis ratio ſollicitet .mox p hunc ſpartacū. qm̄cūqꝫ ſunt clauſa frāguntur. queqꝫ obſerrata reſerantur. Ita ꝙ quas de mo rum nequiuerunt machinis aperte ſimultatibus impetere. euniculis clamdeſtine. prodicionis impugnat. hoc fabricatu dedalus noſter a miciciarum culmen edificat. qui ſi cum ſodalibus. velut theſeus inter ſecunda ſociatur. Sic ab hijs poſtmodū velut protheus īter aduerſa dilabitur. Igit̄ ex voto meo feceris ſi talium ſodalitati· ne cōgreſſu quidem primore ſociere. maxime illorum ꝙꝫ ſermonibus proſtitutus. ac theatralibꝫ. nullas habenas. nulla premunt. repagula pudor. Nā quibꝫ citra honeſtatis nitorē iactitabundis. loquacis fece petulācia lingua polluit̄ in frenis. hijs conſciēcia ꝙꝫ ſordidatiſſima eſt. Deniqꝫ facilius obtingit· vt quiſpiam ſeria loquens iuuat obſcene. ꝙ̄ valeat oſtendi qui pariter exiſtat improbus dictis. tēporibus moribꝫ. Vale

¶ Sidonius placido ſuo ſalutem.

Q Vamꝙ̄ te tua tenet grānopolis. comperi tamen hoſpitum ve- terum fido relatu. quod meas nugas ſiue confectas opere pro- ſario. ſeu poetarū ſtilo cantilenoſas. plus voluminū lectione dignere repoſitoꝝ. Gaudeo hoc ipſo quod recognoui cartulis occupari nr̄is ocium tuū. Sed probe intelligo quod moribus tuis hanc voluptatē non operis effectꝫ excudit. ſed auctoris affectꝫ. Ideo plus debeo quia glorie punctum. quem dictioni negares. das amicicie. de ceteris vero ſtudij noſtri derogatoribꝫ quid ex aſſe pronūciem. muudū deliberaui Nam qui maxime ſibi doctꝫ videt̄. dictionem ſanam et inſanā ferine appetitu pari reuoluit. non amplius cōcupiſcens erecto que laudet. ꝙ̄ deſpecta que rideat. Atqꝫ in hunc modum ſciēcia pompa proprietas lingue latine. iudicijs ocioſoꝝ maxime ſpretui eſt. quorū ſcurrilitati negligencia comes. hoc volēs tantū legere quod carpat ſic nō vtitur litteris ꝙ̄ abutitur 14.

¶ G. S. A. Sidonij epiſtolaꝝ liber tercius Explicit. Incipit quartus. Sidonius propo ſuo ſalutem.

Soror michi que vxor tibi . hinc inter nos ſumma . et principalis neceſſitudo. et ea quidem patruelis non germana fraternitas. que plerumqꝫ ſe purius. fortiꝰ. meracius. amat . Nam facultatū inter germanos prius lite ſopita. Jam qui naſcunt̃ ex fratribus. nichil inuicem controuerſantur et hinc ſepe caritas ī patruelibꝰ maior. quia deſiſtit ſimultas a diuiſione. nec ceſſat affectus a ſemine . Secundus nobis animorū nexus acceſſit de ſtudiorꝫ parilitate. quia idem ſentimꝰ· culpamꝰ. laudamꝰ. in litteris. et eque nobis quelibꝫ dictio placet. improbaturqꝫ. Quāꝙ michi nimis arrogo meū iudicium cōferens tuo . Quis enim neſciat iuuenum ſeniorūqꝫ. te michi magiſtrum fuiſſe propriū. cū videremur habere communem: et ſi quid heroicus arduum . comicus lepidum. liricus cantelenoſum. oratorqꝫ maturum. hiſtoricꝰ verum. Satiricus figuratum. gramaticꝰ regulare. panigeriſta plauſibile. Sophiſta ſeriū epigrāmiſta laſciuum. commentator lucidum. multifariam. condiderunt. id te omnifariam ſingulis niſi cui ingenium . ſibiqꝫ quis defuit tradidiſſe : Deus bone. ꝙ ſibi hinc patres noſtri gloriabantur . cum viderent ſub ope xpriſti te docere poſſe . me diſcere: et non ſolum te facere quod poſſes. Sed et velle quod faceres . Jdeoqꝫ non minus te bonum ꝙ peritum. pronunciari. et vere intra euſebianos lares. talium te quedam moneta ſuſceperat diſciplinarum . Cuius philozophia in cude formatur . Nunc varias nobis rex ſermonumqꝫ rationes . ipſo etiam qui docuerat probante pandebas . Nunc vt platon diſcipulis iam prope potior ſub ſocrate. Sic iam tu ſub euſebio nr̄o inter ariſtotelicas cathegorias artifex dialeticꝰ . acticiſſabas. cū ille adhuc ecatulam noſtram. mobilem. tenerā· crudam. modo caſtigoria ſeueritate decoqueret . modo mandatorum ſalubritate condiret . At qualium deus bone. quāꝙ precioſorum. Que ſi quis deportaret philozophaturus . Aut ad plaudicolas ſycābros. aut ad caucaſigenas alanos. ac ad equimulgas gelones. beſtialiū rigidarumqꝫ. nationū corda cornea. fibreqꝫ glaciales. procuſdubio emollirentur elegidarent̃. neqꝫ illorum ferociā ſtoliditatemqꝫ. que ſeeundū beluas īeptio brutеſcit .

Accenditur rideremus contemnneremus. pertimeſcerremus. Igitur. quia
nos vt affinitas. ita ſtudia iunxerūt. precor quoque loci es amicicie iura in-
concuſſa cuſtodias. longumque tibi et ſi ſede abſumus. aſſimus affectu
Cuius intemerate partes quantum ad nos ſpectat. a nobis in euum
ſi quid eſt vite reliquum perhennabuntur.

Sidonius claudiano pape ſalutem.

Si poſſibile factu eſſet· vt te dominum meum. vel aliquotiēs ali
quantulum. conuenirem non vnde vnde. quarūpiam perſonarū.
aut voluptates. aut neceſſitates inquirerē. Sed que in rē debiti mei
vſui michi eē poſſent. Quippe reuiſionis poteſtas multis modis ac mi
ſeris pinde cauſis intercluditur. Enimuero ſcribendi facultas. aut raro
ydonea ſuppetit. aut nec ſuppetit. Iſta hec eadē remiſſibilia ſint. nec
ne. tute iudicaris. Porro aūt quod numero ſepe ſcriptis noſtris alij im-
partiuntur. qui idipſum nec ambiunt quam egomet forſan. nec merentur
amplius: non arbitror amicicie legibus impune cōmitti. Illud eciam
non dolenter ſaxo tacitum. quod libellos illos quos tuo nomine no-
bilitare non annuis. nullo vmquam inpartuiſti reſcriptorum. ſed vacuum
forte non ſuppetit. quod tute modicum magne admodum impendas
amicicie. Ex quo tamen ex occupatu. vmquam vſpiamue. implicabere.
quin illud in aliorum commoda reuergatur. Cum precatu deum placas·
eundem non modo amitis. Sed et ignotis conſilias. Cum ſcriptura-
rum celeſtium miſteria rimaris. quo te ſtudioſius imbuis. eo doctri
nam copioſius infundis. Cum tuas opes in vſus pauperum prodigis.
tibi quidem maxime. ſed alijs quoque conſultum facis. proinde nichil
videlicet. profecto nichil eſt. tam infecundum actionum tuarum omni
um. quod tibi vni ſoli tantum. et non alijs quoque multis. tecum vbe
rem fructum ferat. Nulla ergo cuiuſquam prepedimenti occaſio pre-
tendi. vel falſo poteſt· cū egomet ſpecialis atque īntimus tuus. nichil
ab ſpeciali meo fructiferam. a quo ignoti quoque multum capiant
plurimi. Sed vti ego autumo iuxtam formam euuāgelici largitoris

qđ non das amico eſurienti dabis improbo pulſatori. Porro ſi eciã nunc ſolito indurueris: faxim egomet quod tete penitebit. quoniam ſi peccatis vltra reticendo. ego protinus vlciſcar ſcribendo. Porro enim ambiguo caret. tam te puniendum ſcripto meo. q̄ punior egomet ſilencio tuo.

Sidonius claudiano ſuo ſalutem.

Committi domine maior. in neceſſitudinis iura prouincias. cur quod ad ſalue tibi debitũ ſpectat. a ſtilo et pugillaribꝰ diu temperem. quodq; deinceps nullas viantum volas mea papirꝰ honorauerit. que vos cultu ſedule ſoſpitatis inpartiati. p̄ter equum iſta coniectas: Si reare quemq̄ mortalium. cui tamen ſermocinari latialiter cordi eſt. non pauere cum in examen aurium tuarũ quippe ſcripturus adducit̃. tuaꝝ inq̄ aurium. quarũ pericie ſi me decurſoꝝ ad hoc cui tẽpora p̄rogatiua nõ obruat. nec frontomane grauitatis aut ponderis apuleani. fulmen equiparem. cui varronis. vel atacinꝰ. vel terentiꝰ plinij. vel auunculꝰ. vel ſecundus cõpoſiti. in p eſenciaꝝ ruſticabunt̃. Aſtipulatur iudicio meo volumen illud. quod tute ſup ſtatu anime rerum verborumq; ſciẽcia diuitiſſimus propalauiſti. In quo dum ad meum nomen ꝓhemiaris. hoc munus potiſſimum cepi. vt mee fama pſone. q̄ opere precium non erat. librorũ ſuorũ titulis inclareſcere tuoꝝ perpetuaret̃ beneficio. Ad qđ deus magne. quã tũq; opus illud eſt. materia clauſum. declamatione conſpicuũ. propoſitioẽ obſtructũ. diſputatioẽ reſeratũ. et quãq̄ propter hamata ſilogiſmoꝝ puncta tribuloſum. vernantis tñ eloquij flore mellitum. Noua tibi verba quia vetuſta. quibuſq; collatꝰ merito. eciã antiquarũ litteraꝝ ſtilus antiquaret̃. Quodq; precioſius eſt. tota illo dicto ſic ceſuratim ſuccincta qđ profluens. q̄ rebꝰ amplam ſtrictãq; ſentencijs. ſencias plus docere q̄ dicere. Deniq; et quondã nec iniuria hec principalis facundia computabat̃. cum paucis verbis. multa cohibẽti cura fuit. cauſam potius implereq̄ paginam. At vero in libris tuis tã illđ q̄le ẽ. qđ et teneritudinẽ quãq̄ cõtinuata maturitas admittit. īterſeritq;

tempeſtiuam cẽſura dulcedinẽ. vt lectoris intentionem per cuẽtilata
diſciplinaꝝ philozophie membra laſſatã repente voluptuoſis exceſſi-
bus quaſi quibuſdã pelagi ſui portibꝯ foueat. O liber multifariã pol
lens. o eloquiũ non exilis ſed ſubtilis ĩgeniȷ̃. qđ nec per ſcaturigines
hyꝑbolicas intumeſcit· Nec ꝑ taptiomata. depreſſa tenuatur. Ad hoc
vnica ſingulariſqꝫ doctrina. et ĩ diuerſaꝝ rerũ aſſertione mõſtrabilis
cui moris ẽ de ſingulis artibus. cũ ſingulis artificibꝯ philozophari.
q̇qꝫ ſi foris exigit tenere non abnuto cũ orpheo plectrũ. cũ eſculapio
baculum, cũ archimede radium. cum eufrate horoſcopium. cũ perdite
circinum. cum vitruuio perpẽdiculũ. queqꝫ numꝙ̃ inueſtigare deſti
terit: cum talete tempora. cum atlante ſydera. cum zeto pondera. cum
criſippo muneros. cum euclide menſicras. Ad extremum nemo ſecũdo
meo. que voluit affirmare ſic valuit. Siquidem dũ ſeſe aduerſus eum
quem contra loquit̃. exertat· morum a ſtudiorum lingue vtriſqꝫ ſym-
bolam. iure ſibi vĩdicat· Sentit vt pictagoras diuidit vt ſocrates. ex
plicat vt plato. implicat ut ariſtotiles. vt eſthines blandit̃. vt demoſ
tenes iraſcit̃. vernat vt hortentiꝯ. eſtuat vt cethegus. inicitat vt cu-
rio. morat̃ vt fabius, ſimulat vt craſſus. diſſimulat vt ceſar. ſuadet vt
catho. diſſuadet vt appius. ꝑſuadet vt tullius. Jam ſi ad ſacroſanctos
patres. pro comparatione veniat̃. Jnſtruit vt iheronimꝯ. deſtruit vt
lactancius. aſtruit ut auguſtinꝯ. Attollitur vt hilariꝯ. ſummittitur ut
iohannes. vt baſiliꝯ corripit· ut gregoriꝯ conſolat̃. ut oroſius affluit
vt rufinus ſtringit̃. ut euſebius narrat. ut eucheriꝯ ſollicitat. ut pau
linus ꝓuocat ut ambroſius ꝑſeuerat. Jam vero de hymmo tuo ſi per-
cunctere quid ſentiã: cominaticꝯ ẽ. copioſus· dulcis. elatꝯ. et quoſ ſibꝫ
liricos citirãbos· amenitate poetica. et hiſtorica veritate ſuperemĩet
Jdqꝫ tuũ ĩ llo peculiare. qđ ſeruatis metroꝝ pedibus. pedũ ſillabis
ſillabarũqꝫ naturis intra ſpaciȷ̃ ſui terminũ. uerba dicia uerſus pauꝑ
includit. nec arctati carminis breuitas. longitudinẽ falerat. ſermonis
eliminat. ita tibi facile factu eſt minutis trocheus. minutioribuſqꝫ pir
richȷ̃s. noũ ſolũ moloſicas. anapeſticaſqꝫ trinarias. Sed epitritorũ
eciam ꝓnumqꝫ quaternas. ſuperuenire iuncturas. Excreſcit ãplitudo

pꝛoloquiũ anguſtas regulares· et tãꝙ paruo auro grãdis gemma vix
capit͛. Emicatqʒ vt equipotentis animoſitas. cui frementi ſi inter ceſ
qua vel cõfraga frenoꝛum lege teneatur. intelligis non tam curſum.
deeſſe ꝙ̄ campũ. Quid multis? Arbitro me in vtroqʒ genere dicendi
nec athene ſic attice. nec muſe ſic muſice iudicabuntur. Si modo
michi vel cenſendi copiam deſidia longioꝛ non ademit. Nam dum
impacte pꝛofeſſionis. obtentu nouum ſcribendi moꝛem gradatim
appeto. et veterem ſaluatim dediſco. De bono oratoꝛe nil amplius ha/
beo ꝙ̄ qđ mala poeta plus eſſe cepi. Pꝛoni queſo delicti huiꝰ michi
graciam facias. ad aliquantiſper mei meminens. Arentem venulam
rarius flumini tuo miſceo. Tuam tubam totus que patuit oꝛbis iure
venerabitur. Quam conſtat geminam felicitate ceciniſſe. quando
nec emulum repperit. nec equalem. cum pꝛidem aures et ora popu/
loꝛum me eciam circumferentes vagaretur. Nobis autem grandis
audacia. ſi vel apud municipales. et cathedrarios oratoꝛes. aut
foꝛenſes rauulas garꝛiamus. qui eciam cum perorant ſalua pace po/
tioꝛum. turba numeroſioꝛ. illitteratiſſimis litteris vacant. Nam te
cui ſeu liberum. ſeu ligatum placeat alternare ſermonem. intonare
ambifariã ſuppetit. pauci quos equꝰ amauit. iupiter ĩimicabũť Vale

Sidonius ſimplicio et appollonari ſuis ſalutem

Eccum vel tandem adeſt pꝛomiſſio mea. expectatio veſtra. fau/
ſtinus paterfamilias. domi nobilis. et inter maxima patrie
iam michi ſibiqʒ communis. oꝛnamenta numerandus. hic meus fra/
ter natalium parilitate. amicus animoꝛum ſimilitudine. ſepe cum
hoc ſeria. ſepe eciam ioca miſcui. Cumqʒ ab hinc retꝛo iuuenes era/
mus. in pila. in teſſeris. in ſaltibus. curſu. venatu. natatu. ſancta ſem/
per ambobus. quia manente caritate contencio. Michi quidem ma/
ioꝛ hic natu. Tantũ tamen vt eum non tam honorari neceſſe eſſet ꝙ̄
delectaret imitari. Simul et ipſe hinc amplius capiebatur. quod ſe
diligi magis. ꝙ̄ quaſi coli ĩtelligebat. Sʒ pꝛouectu etatis ex milicia

clericali cum eſſet amabilis prius. cepit modo eſſe venerabilis. Per hunc ſalutem dico. uidere uos ſub ope xpriſti· q̄̄p maturiſſime ſi per ſtatum publicum liceat cupiens. Quo circa niſi deſiderium meum videtur onerofum. remeante prefato. fiam locorum. veſtrorum et temporum gnarus. Staſt ſentēcia eluctri oppoſitas priuiatarum occupationum difficultates. et cōplectendus peccatorib⁹ veſtris. q̄libʒ longū officium deputare. Si tamen qđ eciam nunc veremur. non vis maior depoſita confundant. Que vos q̄ꝫ non peruidignū eſt. cum fratre fauſtino . prout tempora monent tractatu communicato deliberare. Quem ego quia diligo tam q̄̄p qui me diligat. miſi. Si reſpōdet iudicio meo. gracias ago. Porro aūt cū vir bon⁹ ab oīb⁹ cenſeat̄ nō ē bō peior. ſi nō eſt optim⁹. Valete.

¶ Sidonius felici ſuo ſalutem.

Iterat portitorem ſalutationis iteratio. Carolas veſter. deus tribuat vt noſter. apicum meoꝝ ſecundo gerulus efficit̄· Igit̄ verecundiā vtriqꝫ eximi te cōmunem. Nam ſi eciam nunc ſimile meditemini omnes. et me tui . et illum per quem ſcribere debeatis . indignum arbitrabunt̄. De tempoꝝ ſtatu iam nichil vt prius conſulo. ne ſit moribus tuis onerí. ſi aduerſa ſignifices. cum proſpera non ſequantur . Nam cum te non deceat falſa mandare . Atqꝫ tunc deſint votiua memoratu . fugio quidq̄d illud mali eſt. p̄ bonorum iudicia cognoſcere.

¶ Sidonius appollinari ſuo ſalutem·

PEr fauſtinum antiſtitē. non minus michi veteris contubernij ſodalitate. q̄̄p noue profeſſionis cōmunione deuinctum· verbo quepiam cauenda mandaueram. Dicto paruiſſe vos gaudeo. Siquidem prudentib⁹ cordicitus inſitum eſt. vitare fortuita. ſicut itidem abſurdum eſt. ſi ceptis audacibus aduerſetur euentus. conſurgem in querimonias et inconſultarum diſpoſitionum culpabiles. exit⁹ ab infamanda caſuum incerta conuertere . Quorſum iſta hec ꝰ Ais . fateor

me minus veritum ne tempore timoris publici non timeres . et ſo/
lide domus . ad hoc cui inconcuſſa ſecuritas ad tempeſtuoſos hoſtiū
incurſus. per intempeſtiua deuotione trepidaret . Inchoaretq̄ apud
animorum matronalium teneritudinem ſolempnitas expetita. Uileſ
cere quamꝙ impectoribus earundem. ita ſibi gemina ſanctitas. pecu/
lire metata domicilium. vt ſi quid ſecus viantibus accidiſſet letatu/
re fuerint quoddam ſe pro martire tolleraſſe martirium. Aſt ego cui
maiorem diffidentiam minor innocencia facit . ſuper hoc ambiguo.
ſentencie cautiori libentius adhereſco. nec difficulter applicor eciā
tuta metuētibus . Proinde factum bene eſt. q̄d anceps iter ſalubriter
diſtuliſtis. necq̄ intra iactum tante alee ſtatus tante familie fuit. Et
licet īnchoata via potuerit proſperari. ego tamen huiuſmodi cōſilio.
album calculum minime apponā. cuius temeritas abſolui nequit niſi
beneficio felicitatis. Dabit quidem talia vota diuinitas dignis ſucceſ
ſibus promoueri. libebitq̄ adhuc. horū ceterorum ſub pacis ameni/
tate meminiſſe. ſed p̄ſencia faciunt cautos. quos videbunt futura ſecu/
ros. Interim ad preſens apicum oblator . dampna ſibi quepiam per
geneſium vr̄m inflicta ſuſpirat . Si perſpicis a vero non diſcrepare
querimoniā tribui queſo cōuincenti reformationē. peregrino celeri
tatem. Si vero calumpniā ſpectabilis. ſufflāmat īvidia. in eo iam p̄/
ceſſit vindicta pulſati. q̄ ꝓcax peticor ſumptu et itinere cōfect9. te/
mere ꝓpoſite litis exſudat īcōmoda. Ac hoc ī maximo hyemis accen
tu. ſummiſq̄ cumulis niuium. Cruſtiſq̄ glaciei. q̄ tēpus quantū ad
ſectutores litium ſpectat, breue q̄dem ſepe ē audiencie. ſed diuturnū
ſemper iniure.

Sidonius ſimplicio ſuo ſalutem.

SOlet dicere currentē mones. qui rogatur vt faciat q̄d factur9
fuerat eciam non rogatus. percūctere forſitan quo ſpectet iſta
premitti. baiulus apicū ſedulo precatur vt ad vos a me litteras ferat
cuius a nobis itinere cōperto idipſum erat vtiq̄ ſi tacuiſſet orandus
Namq̄ hoc officium veſter potius amor q̄ geruli reſpectus elicuit.

Ceterū hic ipſe beneficium ſe computat meruiſſe q̄ preſtitit. quāq̄
identidem quod popoſcit acceperit. Sed que nobis amiciciarum iura
minime agnoſcens. Unde quāq̄ abſens. facile coniecto. quo repente
ſtupore ferietur cū intuitu noſtri dignanter admiſſus. intellexerit ſe
paginam meam magis ocioſe flagitaſſe. q̄ tradere. Videre michi vi-
deor et homini nō vſqꝫ ad inuidiam ꝑfaceto. noua erunt omnia cum
inuitabitur peregrinus. ad domicilium. trepidus ad colloquium.
ruſticꝰ ad leticiam. pauper ad menſam. Et cū apud crudos ceparūqꝫ
crapulis eſculentos hic agat vulgus. illic ea comitate retractabitur.
Ac ſi inter apicios epulones. et bizantinos choromōtas. hucuſqꝫ ruc-
tauerit. At tñ qualis ipſe quantuſqꝫ eſt ꝓcopioſe me officij votiui cō-
potem fecit. Sed quāq̄ huiuſcemodi ſepe perſone deſpicabilis for-
me ſunt. in ſodalibus tamen per litteras excolendis. Diſpendij multū
caritas ſuſtinet. ſi ab vſu frequentioris alloquij portitorum vilitate
reuocetur.

¶ Sidonius euodio ſuo ſalutem.

CUm tabellarius michi litteras tuas reddidit q̄ te tholoſam
mox ꝯfederum rege mādante certis amicis cōfitebatͬ. Nos qꝫ
ex opido longe remotum rus petebamꝰ. Me quidem mane primo re-
moratū vix e tenaci caterua proſecutorū pagine tue occaſio excuſſit
Ut ſatiſfacere mandato ſaltem. viator. ſaltem eques poſſim. ceterum
diluculo familia preceſſerat. ad duo de viginti milia paſſuū fixura tē-
torum. Quo quidem loci. ſarcinulis relaxandis. multa ſuccedūt con-
ducibilia. fōs gelidꝰ ī colle nemoroſo. ſubditꝰ ager herbis habūdās
fluuius añ oculos auidus. Ac piſce multo refertꝰ. ꝑter hec iunctam
habens ripe domum nouam vetꝰ. amicꝰ. Cuius inmenſe humanitati
Nec ſi acquieſcas. nec ſi recuſes. modum ponas. Igitur huc noſtris
antecedentibus. cum tui cauſa ſubſtitiſſimꝰ. qno puer ocius vel e ca-
pite vici remitteretͬ. Jam due ſecunde hore facile proceſſerant. Jam
ſol adultus roſcide noctis humorem radio creſcente ſorbuerat. Eſtus
et ſitis conualeſcebant. Atqꝫ inprofūda ſeremitate. contra calorē ſola

que tegeret. nebula de puluere. Tum lõginquitas vie virens equor campi patentis expoſita viſentib9 quippe. ob hocipſum ſero prãſuris ingemebatur. nam viatores. et ſi mundũ terebat labore. Jam tamen expectatione terrebat. Que cuncta premiſſa dñe frater. huc tendunt vt tibi probem. neqꝫ animo vacaſſe me multum. neqꝫ corpe. neqꝫ tempore. quo poſtulatis optẽperaui. Jlicet vt ad epiſtole veſtre tenorẽ iam reuertamur. poſt verba q̃ primum ſalue ferebãt hoc popoſcitis. vt epygramma tranſmitterem. Duodecim verſibus terminatũ. quod poſſit aptari conche capaci. que per anſarum latus vtrumqꝫ in extremum giria rota fundi ſenis cauat hyſtriaturis. Quarũ puto deſtinas vel ventribus pandis ſingulos verſus. vel curuis meliore conſilio. ſi id magis deceat capitibus iſcribere. Jſtoqꝫ cultu expolitam regine ragnachilde diſponis offerre. Votis inmirũ tuis pariter atqꝫ actib9 patrocinium iuictum pparaturus. famulor iniunctis quomodo cũqꝫ non vt volebã. Sed tue culpe prim9 ignoſſe qui ſpacij plus pſtitiſti argentario q̃ poete. cum proculdubio non te lateret. itra officinam litteratorum carminis ſiquid incus metrica produxerit. non minus forti et aſprata lima poliri. Sed iſta vel ſimilia quorſum? ecce iã cãta

Verſus conche

Piſtrigero que concha vehit tritone cytheron,
Hac ſibi collata cedere non dubitet.
Poſcimus inclina. pauliſper culmen herile
Et munus peruum magna matrona cape.
Euodiumqꝫ libens non aſpernare clientem.
Quem faciens grandem tu q̃ꝫ maior eris.
Sic tibi cui rex eſt genitor. ſocer. atqꝫ maritus.
Natus rex q̃ꝫ ſit cum patrie poſtqꝫ patrem.
Felices lymphe clauſe que luce metalli.
Ora tamen domine lucidiora fouent.
Nam cum dignatur regina hic tingere vultus
Candor in argentum mittitur e facie.

Si tantũ amore noſtro teneris. vt ſcribere has nugas nõ erubeſcas

ocule auctorem. De tua rectius parte ſecurus· Namqꝫ ĩ foro tali ſiue atheneo. plus veſtra carta ꝙ̄ noſtra ſcriptura laudabitur.

¶ Sidonius induſtrio ſuo ſalutem.

INteruenī proxime. vectio illuſtri viro. et actioēs eius cotidianas penitiſſime. ex veluti ex ocio inſpexi. Quas quoniam dignas cognitu inueni. non indignas relatu exiſtimaui. primore loco quod ceteris laudibꝰ anteponemꝰ. Seruat illeſam domino domꝰ par pudiciciam. Serui. vtiles. ruſtici. morigeri. vrbani. amici. obedientes. patronoqꝫ contenti. Menſa· non minus paſcens hoſpitem. ꝙ̄ clientem. humanitas grandis. grādiorqꝫ ſobrietas. ille leuiora. quod ipſe quem loquimur equis. canibus. accipitribus inſtituendis ſpectandis. circumferendis. nulli ſecundus. Summus nitor in veſtibus. cultus in cingulis. ſplendor in faleris. pompoſus inceſſus. Anīꝰ ſeruus. remiſſio non vicians· correptio non cruentans. et ſeueritas eius temperamenti. que nō ſit tetra ſed tetrica. Inter hec. ſacrorum voluminū lectio frequens. per quam inter edendum ſepius ſumit anime cibum. pſalmos crebro lectitat. crebrius cantat. nouoqꝫ genere viuendi. monachum complet. non ſub palliolo. ſed ſub plaudamēto ferarū carnibus abſtinet. curſibꝰ acquieſcit. itaqꝫ occulte dilicateqꝫ religioſus venatu vtitur. nec vtitur venatione. filiam vnicā paruam. poſt obitū vxoris relictam. ſolacio celibatꝰ alit. auita teneritudine. materna diligencia. paterna benignitate. Erga familiam ſuam nec in ꝓfundo alloquio minax. nec in admittendo conſilio ſpernax. Nec in reatu inveſtigando perſequax. ſubiectorum ſtatum condicioneqꝫ nō domino ſed iudicio regit. putes eum domū propriam nō poſſidere. ſed potius adminiſtrare. Quo induſtria viri. ac tēperancia īſpecta. ad reliquoꝝ quoqꝫ cenſui pertinere informationē. ſi vel ſummotenus vita ceteris talis publicaretur. Ad quam ſequēdam. preter habitum quo īterim preſenti ſeculo inponitur. omnes noſtre profeſſionis homines vtiliſſīe incitarentur. Quia quod pace ordinis mei dixerim. Si tantū bona

ſingula in ſingulis erunt. plus ego admiror ſacerdotalē virum q̄m ſacerdotem.

¶ Sidonius felici ſuo ſalutem.

Erumpo in ſalutacionem. licet ſeram dn̄e meus. Annis ipſe iam multis inſalutatꝰ. frequentiam veteris officij ſeruare nō audens. poſtq̄m me ſoli patrij finibus eliminatum. peregrinationis aduerſa fregerunt. qua propter ignoſcere vos q̄ꝫ decet erubeſcētibus Siquidem conuenit. humiliatos humilia ſectari. neqꝫ cū illis parem familiaritatis tenere conſtanciam. Quibus forte ſit inprobum plus amoris q̄m reuerencie inpendere. propter hec deniqꝫ iam diu taceo voſqꝫ tacuiſſe, cum filius meꝰ eliodorus huc venit. magis tollcranter q̄ꝫ libenter accepi. Sed dicere ſolebas q̄mq̄ꝫ fetigans. quod meam quaſi facundiam vererere. Excuſatio iſta hec eciam ſi fuiſſet vera trā ſierat. quia poſt terminatum libellum epiſtolarum in quo parum cultior eſt. reliquas deniqꝫ litteras vſuali licet accuratus. michi melior non ſit ſermone contexto. Non enī tanti eſt pollizi formulas edicioē carituras. Ceterum ſi caritas tua morem priſtino colloquiorū curſui reddit et nos vetuſte loquacitatis orbitas recurremus. preter hec. auide preuio xpriſto ſicubi locorum fueritis. modo redux patronus. indulgeat aduolaturi vt rebus amicicia vegeret̄ que verbis infrequentata torpuerat.

¶ Sidonius petreio ſuo ſalutem.

Angit me nimis dampnum ſeculi mei nuper erepto auunculo tuo claudiano oculis noſtris ambigo an quenpiam deinceps parem conſpicaturis. Vir ſiquidem fuit prouidus. prudens. doctus. eloquens. acer. et hominum eui loci populi ſui ingenioſiſſimus quiqꝫ indeſinenter ſalua religione. philozopharet̄. et licet crinem barbāqꝫ non paſceret. pallium et pallam nunc irrideret. nunc eciam execraretur. a collegio tam cōplatonicorū ſolo habitu et fide diſſociebat̄. Deꝰ bone quid erat illud quotiēs ad eum ſola conſultationis gracia cōue-

niebamus Quā ille oībus ſtatim totū non dubitans. non faſtidiens
aperiebat. voluptuoſiſſimū ꝯputās. ſi forte ob orta quarūpiā queſtio
ni ſolubilitate labernitica ſciencie ſue thezauri euentilarent̄. Jam ſi
frequentes conſideramus. officium audiendi omnibꝰ vniſolum quem
forſitan elegiſſemꝰ. deputans ius loquendi. iuritim viciſſimqꝫ. nō mul
tuatim. nec ſine ſcematis cuiuſpiā geſta artificioſo. doctrine ſue ero
gaturꝰ opes. Deinde quecūqꝫ dixiſſet, ꝓtinus reluctanciū ſilogiſmoꝝ
contrarietatibꝰ excipiebamus. Sed repellebat omniū noſtrum teme
rarias opotioēs. itaqꝫ nichil non ꝑpenſum probatumqꝫ recipiebat̄.
hinc eciā illi apud nos maxima reuerencia fuit· qđ nō ſatis ferebat
egere. pigram in quibus piam ſequacitatem. hec apud eum culpa ve/
niabilis erat. Quo fiebat. eſſet vt nobis paciencia eiuſdem ſine im/
mitacione laudabilis. Quis enim virū ſuper abditis conſuleret in/
vitus. a cuius diſputacioīs cōmunione. ne ydiotarū quidem imperi
torumqꝫ ſuſcitatio repudiaret̄. hec pauca. de ſtudijs. Ceterum cetera
quis conpetenti preconio extollat. qđ condiconis humane per om/
nia memor. clericos opere ſermone populares. exhortatioē merētes
deſtitutos ſolatio. captiuos precio. ieiunos cibo. nudos operimēto cō
ſolabat̄. Pariter et ſuper hijs plura replicare ſuperforaneum ſtatuo
Nam merita ſua quibus diuitem conſcienciam cenſu pauperatus lo/
cupletauit. Spe future retributionis. celare plus ſtuduit. epiſcopū
fratram maiorem natu affectuoſiſſime. obſeruans. Quem diligebat.
vt filium. cum tamꝙ̄ patrem veneraretur. Sed et ille ſuſpiciebat.
hunc granditer habens in eo cōſiliarium in iudicijs. vicariū in eccle
ſijs. procuratorem in negocijs. villicum in predijs. tabularum in tri/
butis. in lectionibus comitem. in expoſitionibus interpretem. in iti/
neribus contubernalē. Sic vtriqꝫ ab alterutro vſqꝫ ad inuidiā exem
pli· mutua fide germanitatis. officia reſtituebant̄. Sed quid dolorē
noſtrum moderaturi. cauſis potius doloris fomenta ſufficimus. Igit̄
vt dicere inſtitueramus huic iam vt eſt. illud maronianū cineri in/
grato. ideſt graciam non relaturo. veniam condiditmus triſtem. luc/
tuoſamqꝫ prope modum laboroſe. quia faceret dictādi deſuetudo diffi

cultatem. niſi quod animum natura. deſidioſiſſimum. dolor fletu gra
uidus accendit. eius ne me hoc carmen eſt

Germani decus et dolor mamerti
Mirantum vnica gēma epiſcopor̄.
Hoc dat ceſpite membra claudianus.
Triplex bibliotheca quo magiſtro.
Romana actica xp̄iſtiana fulſit.
Quam totam monachus virente in euo.
Secreta bibit inſtitutione.
Orator. dyaleticus. poeta.
Tractator geometer muſicuſq̃.
Doctus ſoluere vincula queſtionum.
Et verbi gladio ſecare ſectas
Lique catholicam fidem laceſcunt.
Pſalmorum hic modulator et phonaſcus.
Ante altaria fratere gratulante.
Inſtructas docuit ſonare claſſes.
Hic ſolempnibus annuis parauit.
Que quo tempore lecta conuenirent
Antiſtes fuit ordine in ſecundo.
Fratrem faſte leuans epiſcopali.
Nam de pontificis tenore ſummi.
Ille inſignia ſumpſit. hic laborem.
At tu quiſq̃ doles amice lector
De tanto quaſi nil viro ſuperſit.
Vt is parce genis rigare marmor
Mens et gloria non queunt humari.

Ecce quod carmen cum primum affui. ſuper vnanimi fratris oſſa con
ſcripſi. Namq̃ tunc abfui cum funeraretur. hec ob hoc tamē per
didi in toto deſideratiſſimam flendi occaſionem. Nam dum forte
meditarer lacrimis habenas anima parturiente laxaui. feciq̃ ad
ephitaphium. quod alij fecerunt ad ſepulchrum. hec ergo ſcripſimus

tibi. ne forte arbitrarere. ſolam nos colere viuoꝝ ſodalitatem reiqꝫ
tuo iudicio eſſemus. niſi amicorum vita carentum ſemper eque vt i-
columū reminiſtremur. Nāqꝫ et ex hoc qđ vix reſeruat ymaginaria
fides. vel ſuperſtitib⁹. non p̄ter equū opinabere. ſi ꝑ paucos eſſe co-
nicias qui mortuos amēt.

Sidonius appollinari ſuo ſalutem.

DEus bone quātum naufragioſo pelago. cōformis ē mot⁹ ani 12.
morum. quippe cum nunciorum turbinibus aduerſis quaſi ꝓ-
pria tempeſtate confunditur. Nuper ego filiuſqꝫ communis terenci
ane echyreſales ruminabamus. ſtudenti aſſiſtebam nature meminens
et profeſſionis oblitus. Quoqꝫ abſolutius richmos comicos incitata
docilitate ſequeretur. Ipſe eciam fabulam ſimilis argumento. ideſt
epitrepontem menandri in manibus habebam. legebamus pariter.
laudabamus. iocabamurqꝫ. et que vota ſunt communīa. illum lectio.
me ille capiebat. cum repente puer familiaris aſtitit vultuoſus. Cui
nos. quid ita? et ille. lectorem inquit conſtantem nomine proforibus
vidi a dominus ſimplicio. et appollinari redeuntem. Dedit quidem
litteras quas acceperat. ſed perdidit quas recepit. Quibus agnitis
ſerenitas leticie nec confeſtim. nubilo ſuperducti meroris inſorduit.
tantamqꝫ michi bilem nuncij huiuſce contrarietas excitauit vt per
plurimos dies illum ipſum hermam ſtolidiſſimum venire ante oculos
meos in exorat⁹ arcuerī latur⁹ egere. Si michi apices: aut quoſcūqꝫ
aut quorūcumqꝫ non redderet. taceam veſtros. qui michi dum recti
compos animus durat minime frequentes. maxime deſiderabiles in-
dicabuntur. At poſtqꝫ noſtra cenſim temporis iteruallo ira defremuit
percunctor nunverbo. quippiam preter ea detuliſſet. Reſpondit ipſe
quāqꝫ eſſet. trepidus et ſternax. et pre reatu balbutiret ore. cecuciret
nituitu: totum quo inſtrui quo delectari valerem. paginis que inter
cidiſſent fuiſſe mādatum. Quocirca. recurrite ad pugillares r̄plicate
membranas. et ſcripta reſcribite. Tamdiu enim equanimiter admit-
to. vt deſiderio meo ſiniſter euentus officiat. donec ad vos noſtro

ſermone perueniat. ad nos veſtrum non perueniſſe ſermonem.

Sidonius vectioni ſuo ſalutem.

N Uper rogatu germanici ſpectabilis viri cantillenſem eccleſiam inſpexi. Et ipſe loco ſitorum facile primus. quiqȝ poſt tergum cum iam duodecim luſtra tranſmittat cotidie tamen habitu cultuqȝ continuo non iuueneſcit ſolum. ſed quodāmodo repueraſcit. E enimuero veſtris aſtricta. tenſus coturnus. crinis in rote ſpecimen. acciſus. herba ītra rugarum latebras, merſis ad cutem ſecta forpicibꝰ ad hoc et munere ſuperno membrorum ſolida coniunctio. īteger viſus. amplius in celeri greſſus in ceſſu. īcorrupte lactea dentiū cōpage gingine. Non iſti ſtomachus nauſeat. non vena flammat᷑. non cornicutitur nō pulmo ſuſpirat. non riget lumbus. non iecur turget. nō molleſcit manus. non ſpina curuatur. ſed preditus ſanitate iuuenili ſolā ſibi vindicat de ſenectute reuerenciam. Propter que beneficia peculiaria dei. quoniam vobis iura amicicie. grandia vigent. quippe vicinis obſecro ac moneo vt conſilio tuo cui ſequendo per conſcienciam magnā. maximā tribuis auctoritatem: nō multū fidat ambiguis. nec nimis nimie credat īcolumitati. Sed tandem pfeſſione religionis arrepta uiribus potius reſurgentis īnocētie. cōualeſcat. faciat ſe vetuſtus annis. meritis nouum. Et quoniam nemo ferine eſt qui prelecti bilibus careat occultis: ipſe ſuper hijs quedam commiſſa reminiſcit᷑. palam fuſa ſatiſfactione ſoluatur. Nam ſacerdotis pater. filiuſqȝ pontificis. niſi ſanctus eſt. rubo ſimilis efficitur. quem de roſis natum roſaſqȝ parientem. et genitis gignentibuſqȝ floribus medium pungentibuſ comparanda peccatis. Dumorum vallat aſperitas.

Sidonius polemio ſuo ſalutem.

G Ayus tacius e maioribus vnus tuis vipianoꝝ temporū conſularis. ſub verbis cuiuſdā germanici ducis. ī hiſtoria ſua re

tulit dicens: cum veſpaſiano michi vetus amicicia · et dū priuatus eſſet. Amici vocabamur. Quo reſpicit. ais·iſta prefari: vt ſcilicet memineris eo tempore quo perſonā publicā portas. gracie te priuate. memorem ſemper eſſe oportere, Biennium prope clauditur .quo te prefectum pretorio galliarum non noua veſtra dignatione. Sed noſtro affectu ad huc vetere gaudemus. Qui ſi romanarum rerum ſineret aduerſitas. egre tolleraremus niſi ſingule perſone non dicam puincie varijs per te beneficijs amplificarētur. et nunc cum id quod poſſibilitas tua non habet . verecundia non petatur . Dicas velim qualiter fueras humanus in factis . qui perduras auarus in verbis. Nam tuorum pericie comparatus. non ſolum cornelios oratores. ſed auſonias quoq; poetas vincere potes . Si te hactenus philozophantem, noua ſubito ob iuriſdictionem gloria capit. et nos aliquot nomenq; decuſq; geſſimus. At ſi videtur humilitas noſtre profeſſionis habenda contemptui. quia xpriſto res humanas vitaſq; meditaturo putrium conſcientiarum vltro ſqualens vlcus aperimus. quod et in noſtri ordinis viris et ſi adhuc aliquid de negligencia fetet nichil iam tamen de ſuperbia tumet . noueris volo non vt eſt apud preſulem fori. ſic eſſe apud iudicem mundi . Namq; vt is qui propria vobis non tacuerit flagicia dampnatur. ita nobiſcum qui eadem deo fuerit confeſſus abſoluitur. vnde liquido patet. incongrue a partibus veſtris minis reum pronunciari . Cuius cauſa plus ſpectat tribunal alienum . Quapropter imminentem querelam noſtri doloris nequaq; valebis vlterius effundere .quia ſuccedentibus proſperis. ſiue obliuiſcare. ſiue negligas graciam antiquam iuxta. eſt acerbum· proinde ſi futura magni penſitas: ſcribe clerico: Si preſencia ſcribe collige· et hanc ipſe in te virtutem. ſi naturalis eſt. excole . Si minus vt inſiticiam appone. qua ſodales vetuſtos. nunq; pro conſequentum nouitate faſtidias. Porro autem. videbere ſic amicis vti. quaſi floribus tam diu gratis donec recentibus·

Sidonius elaphio ſuo ſalutem.

EPulum multiplex. et capaciſſima lectiſternia para. plurimis
vijs. pluribꝰ turbis. ad te venitur. Ita bonorum cōtubernio
ſedit. quippe. poſtquā omnibus tempus future dedicationis inclaruit.
Nam baptiſterium. quod olim fabricabimini. ſcribitis iam poſſe cō-
ſecrari. Ad q̄ feſta. vos voti. nos miniſterij. officij multos. fidei totos
cauſa ſollicitat. Siquidem res eſt grandis exēpli. eo tempore a vobis
noua eccleſiarum culmina ſtrui. quo vix auderet alius vetuſta ſarcire
quod reſtat optamus. vt deo noſtro peruberes annos ſicut vota red
ditis. ita noueatis reddenda. Idq; non ſolum religione celata. Sed
et conuerſione manifeſta. mitigatoq; temporum ſtatu. tam deſiderio
meo xpiſtus indulgeat. quam rutenorum. Vt poſſitis et pro illis offerre
ſacrificia. qui iam pro vobis offertis altaria. de cetero quamquam et extre
mus antumnus iam diem breuiat. et viatorum ſollicitas aures. fo-
lijs toto nemore labentibus. crepulo fragore circumſtrepit. inq;
caſtellum ad quod inuitas. Vtpote alpinis rupibus cinctum ſub vi-
cinitate brumali difficilius aſcenditur. Nos tamen deo preuio per
tuorum montium latera confragoſa venientes. nec ſubiectas cautes.
nec ſuperiectas niues expaueſcimꝰ quamuis iugorum pfunda decliuitas
aggere cocleatim fracto. ſepe redeunda ſit. quia et ſi nulla ſolēpnitas
tu ſatue dignus es. vt eſt tullianū illud. propter quē cōſpice viſant.

Sidonius ruricio ſuo ſalutem.

ACcepi per patrennium paginam veſtram. que plus mellis
an ſalis habeat incertum eſt. Ceterum eloquij copiam hanc
prefert. hos olet flores: vt bene appareat non vos manifeſta modo.
verum eciam furtiua quoq; lectione proficere. quamquam et hoc furtum
quod deprecaris exemplati libelli. non venia tam debeat. reſpicere
quam gloria. Quid tu enim facias abſq; virtute. qui nec ipſa peccata
ſine laude committis? Ego vero quitquid impoſitum eſt. michi frau
dis vtpote abſenti. libens audio. principaliq; pro munere amplector
qui quodāmodo dampnum indampte tolleraui. Neq; enim quod tuo

acceſſit vſui deceſſit hoc noſtre proprietati , aut ad incrementa ſciẽcie veſtre. per detrimenta veniſtis aliene. Quin potius ipſe iure ab hinc vberi preconio non carebis. qui magis igneo ingeneo naturam decenter ignis immitatus es. de quo ſi quid detrahere velis. remanet totus qui tranſfertur. Unde tam parce trepidare. deqꝫ morbꝰ amici puſculum recto ſecus credere . Namqꝫ in hoc facto . nos magis vulnus polluit culpe. ſi feriat ictus in vidie.

## Sidonius eruagaſti ſuo ſalutem

Eminentius . amicus tuus . Domine maior obtulit michi quas ipſe ditaſti litteras litteratas et . gracie trifariam remittẽtis cultu refertas. quarum vtiqꝫ virtutum caritas prima eſt. que te coegit in nobis. vel perrgrinis . vel iam latere cupientibus. humilia dignari . Tum verecundia cuius inſtinctu dum immerito trepidas. merito predicaris. Tercia vrbanitas quia te ineptire facetiſſime allegas. et quirinalis impetus fonte facundie: potor moſelle tyberim ructas. Sic barbarorum familiaris. quod tamen neſcius barbariſmorum . Par ducibus antiquis lingua manuqꝫ . Sed quorum dextera ſolebat non minus ſtilum tractare ꝙ gladium . Quo circa. ſermonis pompa romani. ſi qua ad huc vſpiam eſt . belgicis olim. ſiue rhenanis abolita terris : in te reſedit. Quo vel incolumi . vel potante. ſi apud ipſum limitem. latina iura ceciderunt . verba non titubant . Qua propter alternum ſalue rependens . granditer letor ſaltem . in illuſtri pectore tuo vaneſcentium litterarum remanſiſſe veſtigia . Que ſi frequenti lectione continuas : experire per dies quanto antellunt beluis hominis. tanto antefarri ruſticis inſtitutos . De paginis ſane . quod ſpiritalibus ius . vt aliquis interpres improbet garriam . iuſſus hec poſtulabuntur a ſacerdotibus loco propinquis. etate grandeuis. fide claris. opere vulgatis . ore promptis . memoria tenacibus . omni deniqꝫ meritorum ſublimum . dote potioribus. Nãqꝫ vt antiſtitẽ ciuitatis nr̃e relinquã. cõſummatiſſimũ

virum. cunctarumq; virtutum conſcientia. et fama iuxta beatum. multo oportunius de quibuſcumq; queſtionibus. tibi interrogantur. incliti galliarum partes, et prothomiſte. nec ſatis poſitus in longinquo lupus· nec parum in proximo auſpicius . Quorumdoctrine habundanti euentilande . Nec conſultacio tua ſufficit . Proinde quod ſuper hac precum parte non parui. benignus quidem . Sed et iuſtꝰ ignoſſe . quia ſi vos impericiam fugere par eſt . me q̊q; decet vitare iactanciam.

¶ Sidonius lucontio ſuo ſalutem.

Obliuiſceris quod rogaris . e q; contrario. ſi quid iniungas . ex aſſe meminiſti repetere . perlongum eſt . Dicere de cito reditu. que tu tuiq; promiſeritis michi. meiſq;. quorum omnium non ſunt. vel minima completa. Quin potius. cum fugam a nobis machinaremini : quo reuerſuros ad ſacrum paſcha vos. putaremus. mille grauis ſarcine. ad prediũ ex opido ducte. nulla ſerraca. nulla eſſeda. ſubuehendis oneribus attrahebant᷑ . Utq; de matronalium partium nil querax fraude . quas cum expeditis tuliſtis impedimentis . Tuq; fraterq; cõmunis. voluſianus. vix ſingulorum clientum puerorumq; comitatu ambiebamini. Per quod ſollicitudinem. proſequentũ vana mox recurrendi ſpe fefelliſtis. Certe frater voluſianus. qui forte pergens in predia taiocaſſina. totãq; ꝓuinciam lugdunenſem . ſecundã per vagaturus. expectacionẽ noſtram ſpecie breuioris itineris elluſit et nunc tu ipſe ſic multis contra fidem diebus ociabundus . Ais tibi ſi quas poſtea luſerim metro nugas. mitti oportere. Annuo ĩiunctis. quia dignus es vt talia legas. Nam carmen ipſum quod nunc e manibus elabitur . Tam ruſticanum eſt . tamq; impolitum : vt me non illud ad villam . Sed potius e villa mittere putes. Baſilicam ſancti pontificis confeſſoriſq; martini · perpetuus epiſcopus digniſſimus . tanto predeceſſore ſucceſſor. multum prerogi . que fuit hactenus copatiorem nouauit· Magnum eſt vt ferunt opus nominandumq;, quod in honorem talis viri factum . talis vir feciſſe debuerit . huius me

parietibus inſcribere. ſupradictus ſacerdos hoc ephigramma cōpellit quod recenſebis: vt eſt in hijs quecūqꝫ depoſcit. priuilegio caritatis imperioſiſſimus. Atqꝫ vtinam molis illius pompam . ſiue donaria: nil huius obſequij turpet oblatio. quod ſecus fore plurimum timeo. niſi forſitan inter omnia venuſta · ſic epygrammatis iſtius feditas placeat· vt niger vcuus candido in corpore. qui quidem ſolet ſic facere riſum. quod accipere ſuffragium. Sed quid hinc amplius? pone fiſtulas ipſe paſcoreas. et elegie noſtre. quia pede claudicat. manum porrige.

## ¶ Verſus eccleſie ſancti martini.

Martini corpus totis venerabile terris
In quo poſt vite tempora viuit honor.
Texerat hic primum plebeio machina cultu.
Que confeſſori non erat equa ſuo.
Nec deciſtebat ciues onerare pudore.
Gloria magna viri. gracia perua loci.
Antiſtes. ſed qui numeratur ſexus ab ipſo.
Longam perpetuus ſuſtilit invidiam.
Internum remouens modici penetrale ſacelli.
Amplaqꝫ tecta leuans interiore domo.
Creueruntqꝫ ſimul valido tribuente patrono.
In ſpacijs edes conditor in meritis.
Que ſalomoniaco potis eſt confligere templo.
Septimaqꝫ mundo fabrica mira fuit.
Nam gemmis. auro. argento ſi ſplenduit illud.
Iſtud tranſgreditur cuncta metalla fide.
Liuor abi mordax abſoluanturqꝫ priores.
Nil nouet aut addat garrula poſteritas.
Dumqꝫ venit xpriſtus populos qui ſuſcitet omnes.
Perpetuo durent culmina perpetui.

## ¶ Sidonius Florentio ſuo ſalutem.

19 Et moras noſtras. et ſilencium noſtrum accuſas. vtrumqꝫ pur
gabile eſt. Namqꝫ et venimus· et ſcribimus.

Sidonius donitio ſuo ſalutem.

20 Tu cui frequenter arma . et armatum . et animatos vide
iocundum eſt. quam voluptatem putamus mēte cōciperes.
Si ſigiſmerem . regium iuuenem. ritu atqꝫ cultu gentilico ornatum.
vtpote ſponſum . Seu petitorem . pretorium ſoceri expetere vidiſ/
ſes ? Illum equus quidem faleris comptus · ymmo equi radiantibus
gemmis . onuſti antecedebant . vel eciam ſubſequebantur . cum ta
men hic magis ibi decorum conſpiciebatur . quod precurſoribus ſu
is . ſiue pediſſequis pedes et ipſe . Medius inceſſit flammeus croco.
rutilus auro . lactens ſerico . Tum cultu tanto . coma rutore cute
concolor . Regulorum quoqꝫ ſociorumqꝫ comitantum forma: et in pa
ce terribilis . Quorum pedes primi. per one ſetoſo· tales aduſqꝫ vin/
ciebantur. Cenua crura. ſureqꝫ ſine tegmine . Preter hec veſtis alta.
ſtricta verſicolor· vix appropinquans poplicibus exertis. Manice ſo
la brachiorum. principia velantes. Viridancia ſaga limbis margina
ta puniceis. penduli ex humero baltei vel gladij balteis ſupercurrē/
tibus ſtrinxerat clauſa bullatis latera renonibus. Eo quo comebant
ornatu muniebantur . lanceis vncatis. ſecuribuſqꝫ miſſibilibus dex/
tre referte . clipeis leuam partem ad vmbrantibus . Quorum lux in
orbitibus niuea . fulua in vmbonibus: ita cenſum prodebat vt ſtudi/
um . Cuncta prorſus huiuſmodi: vt in actione thalamorum non appa
reret minor martis pompa q̄ veneris . Sed quid hec pluribꝰ? Spec
taculo tali. ſola preſentia tua defuit. Nam cum ſpectarem que tibi pul
chra ſunt non te videre. Ipſam eo tempore deſiderij tui inpacientiam
deſideraui.

Sidonius apro ſuo ſalutem

21 Et quidem princeps ī genere monſtrando partis paterne

prerogatiua.ſed tamen multum eſt:quod debemus et matribus. Nō
enim a vobis aliquid exilius fas eſt. honorari.quod pondera illarum
quam quod iſtorum ſemina ſumus . Sed originis noſtre diffinien-
de materia ſit penes phiſicos . Nos vnde hec iſta premiſimus perſe-
quamur . Eduus pater tibi.mater aruerina eſt.primus edius debe-
ris . Ergo non ſolis vel propter illud exemplum noſtri maronis .
quo teſte pallas ſic habitus archas .quod pariter etſamnis. in me-
zentiū mouere potuiſſet. vt peregrin9 arma ethuſcorū.ī mixtus ma-
tre Sabella partem quoq; patrie inde traxiſſet . Ecce habes mag-
num maxiomo auctore documentum . quod patrie pars computan
da ſit . et regio materna · niſi poetas . et cum ab hiſtoria non rece
dunt mentiri exiſtimabis . Igitur aruerni ſi portionem tui ſaltim
viciſſim iure ſibi vendicant : pacienter admitte querimoniam deſi-
derantum . qui tibi per vnius oris mei officium . non vnius pecto
ris profudere ſecretum . Quos palam et coram dicere puta . Quid
in te mali tantum ingrate commiſimus . vt per tot annos quon-
dam humum altricem . nunc velut hoſtium ſolum fugias ? Hic in cu
nabula tua fouimus· hic vagientis infantie lactentia membra for-
mauimus . hic ciuicarum baiulabare pondus vlnarum . hic auus
fronto blandus tibi . ſibi ſeuerus qui exemplo eſſe potuiſſet . hijs
quos habemus vos in exemplo. hinc auia auſpicia que tibi poſt tue
matris orbata deceſſum . dependit vna curam duarum . Sed et ma
tertera tua hinc : et hinc fuit ſanctior ſanctis frontina virginibus
Quam verebatur mater·pater venerabatur. ſumme abſtinentia puel
la. ſummi rigoris. ac fidei ingentis. ſic deum timens: vt ab hominib9
temeretur. hic te imbuendum liberalibus diſciplinis . grammatici re-
thoriſq; florencia ſtudia monitu certātē fouerunt· Vnde tu non tam
mediocriter inſtitutus exiſti . vt tibi liceat aruernos. vel propter ſtu
dia non amare . Taceo territorij peculiarem iocōditatem. taceo illud
equor agrorꝝ. in quo ſine periculo queſtuoſe fluctuāt ī ſegetib9 vnde.
Qs īduſtrius quiſq; quo pl9 frequentat hoc min9 naufragat. viato-

ribus molle·fluctuoſum aratoribus. venatoribus voluptuoſum. Qđ
montium cingūt dorſa paſcuis. latera iuuencis. terrena villis. ſaxoſa
caſtellis. opata luſtris. aperta culturis. concaua fontibꝰ. abruta flumi
nibus· quod deniqꝫ huiuſmodi eſt: vt ſemel viſum aduenis. multis pa
trie obliuionem ſepe perſuadeat. Taceo ciuitatē ipſum tui ſemper ſic
amantiſſimā. vt ſoli nobiliū contubernio pferre nil debeas. cui tu ma
nu īiecta feliciter raptus inſerebare Sicqꝫ oīs pſencie veſtre volup
tas qđ tamen nullum ſatias cepit. Iam quid iſtic de re familiari tua
dicam. cuius hic ſtatus ē· vt tuā expenſam hoc ſit faciliꝰ tolleratura
ꝙ crebriꝰ: Nam dominus acricola ſi larem hic foueat: ſic facit ſump/
tum qđ auget et reditū. hec vnus tibi omnium certe bonorum ciuiū
voto. perituꝰ vice garrio. Qui cū tāto honore te poſcunt. tanto amo/
re deſiderent: intelligi datur. gaudij plus te dum tribuis qđ rogaris
aſſequuturum. Vale

Sidonius leoni ſuo ſalutem.

VIr magnificus heſperius. gemma amicoꝝ litterarūqꝫ nuper
vrbe cum redijt e toloſatiū: precipere te dixit vt epiſtolarum
curam iam terminaris libris earum. cōuerteremꝰ ad ſtilum hiſtorie.
Reuereacia ſumma·ſummo et affectu talem atqꝫ tātam ſentenciā am
plector. Idoneum quippe pnūcias. ad opera maiora. quem mediocria
putas deſerere debere· Sed quod fatendū eſt facilius audeo huiꝰmodi
ſuſpicere iudicium ꝙ ſuſcipere cōſilium. Res eſt. quidem digna quā tu
iuberes. ſed non minus digna quā faceres. namqꝫ et antiquitus cum
gayꝰ cornelꝰ tacitꝰ. gaio plinio. ſecūdo paria ſuaſiſſet: ipſe poſtremo
quod īiunxit arripuit. idqꝫ ab exēplo nō me melius aggrederis quia
et ego plinio vt diſcipulꝰ aſſurgo. et tu vetuſto genere narrādi iure
cornelium anteuenis: qui ſeculo noſtro ſi reuiuiſceret teqꝫ qualis in
litteris. et quantus habeare conſpicaret̄. modo verius tacitus eſſet.
itaqꝫ in molē thematis miſſi recte capeſſis. cui pter eloquenciam ſin/
gularem ſciencie ingentis magna oportuītas. Cotidie nāqꝫ perpotē
tiſſimi cōſilia regis totiꝰ ſollicitꝰ orbis. pariter eius negocia. et iura.

fedꝛra. et bella. loca. ſpacia. merita cognoſcis. Unde quis iuſtiꝰ ſeſe ad
iſta ſuccinxerit. ꝙ ille. quem conſtat gentiū motꝰ. legacionum varie
tates. facta ducum. pacta regnantiū. tota deniqꝫ publicarum rerum ſe
creta didiciſſe. qꝙ preſtanti poſitus in culmine. nec neceſſe habꝫ vel
ſupprimere vex. vel concinnare mendacium. At noſtra lōge condicio
diſpar. quibꝰ dolori peregrinacio noua. nec vſui lectio vetuſta. Tū
religio profeſſioni ē. huilitas appetitui. mediocritas obſcuritati. nec
in preſentibus rei tantū. quantum in futuris ſpei locatum· poſtremo
languor impedimento. iamqꝫ vel ſero. propter hoc ipſum deſidia cor
di equeua· Certe iam ſuper ſtudiȷ̃s nulla laus cure. Sed ne poſtuma
quidem. precipue gloriā nobis peruam ab hiſtoria petere fixū: quia
per homines clericalis officiȷ̃ temerarie noſtra. iactāter aliena, pre-
terita infructuoſe. preſentia ſemiplene. turpiter falſa. periculoſe vera
dicuntur. Eſt enim huiuſmodi thema vel opus. in quo bonor ſi fa-
cias mentionem modica gracia paratur. Si notabilium maxima of-
fenſa. Hic ſe ille protinꝰ dictiōi· color odorqꝫ ſatyricꝰ admiſcꝫ. Ilicet
ſi ſcriptio hiſtorica videt ordine a noſtro multum abhorrere. cuius
inchoacio inuidia. continuatio labor, finis eſt. odiū. Sed tunc iſta
ꝯueniunt clericis ſi aliquid dicetur auctoribus. qui colubrinis obla
tratorꝝ molaribꝰ fixi. ſi quid ſimpliciter edamꝰ inſani. ſi quid exacte
vocamur p̄ſumptuoſi. At ſi tu ipſe cui datū eſt ſaltibus glorie. p̄ter-
ire poſſe ceruices vituperonū. ſeu ſupercurrere materie iſtius libens
prouinciam ſortiare. nemo te celſius ſcripſerit. nemo antiquius. eciā
ſi placeat recentia loqui· quandoquidem ſermonū copia impletꝰ an̄·
nunc rerum: non reliquiſti. cur venenato morſu ſecere. Atqꝫ ideo te
in poſterum conſuli utilitas. audiri voluptas. legi auctoritas erit.

Sidonius proculo ſuo ſalutem.

Filius tuꝰ ymmo cōmunis. ad me cucurrit. q̄ te relicto deliq̄ſſe
ſe meret. obrutus penitēdi pudore tranſfugiȷ̃. Igitur audito
culpe tenore. corripui latitabundū verbis amaris vultu minacis mea

quidem voce. ſed vice tua. dignum abdicatioē. cruce. culleo clamans. ceteriſq; ſupplicijs parricidialib9. Ad h ipſe cōfuſus irrubuit. nil impudenti excuſacione deprecatus errorem. ſed ad cuncta conuictum. cum redarguerem. verecūdie iūxit comites lacrimas. ita pfluas vbertiq; manantes. vt ſecuture correctioni fidem fecerit. Rogo g° ſis clemens. in ſe ſeuero. et dn̄m ſequens. non habeas te iudice reum. ſe profitente dampnabilem. quē ſi inaudita genera penarum iubeas inexoratus excipere: non poteſt amplius per te dolore. q̄ per ſe pudore torqueri. libera metu deſperationem ſuam. libera confidentiam meam. et pietatis paterne neceſſitate ſi bene interpretor. te quoq; abſolue qui conficeris occulte angore. quod filius publico merore conficitur Cui feciſſe me conſtat plurimū iniurie. Si tu tn̄ vel parum feceris Quam certe vt ſpero non facies. niſi ſcopulis durior duras: aut adamantibus rigidior perſeueras īſecabilibus. Ergo ſi de moribus tuis. deq; amicicijs iuſte meliora pſumo: excuſato propici9 indulge. Quem reconſilians: fore fidelem conſtanter in poſterum ſpōdeo. Quoq; velociter culpa ſoluto ego beneficio ligor: magnopere depoſcens. non vt ignoſcas modo. verum vt et protinus. et reuertentem nō domo ſolum ſed et pectore admittas. Deus magne q̄ letus orietᷣ tibi dies. michi nuncius. animus illi: cum paternis pedib9 affuſus. ex illo ore leſo. ore terribili. conuicium expectans. oſculum exceperit.

Sidonius turno ſuo ſalutem.

b Ene nomini. bn̄ negocio tuo. creditur mantuanū illud. Turne qđ optanti. diuum promittere nemo. Auderet voluenda dies en attulit vltro. pecuniam pater tu9 turpio vir tribunicius mutuam pridem. ſi recordaris a maxio palatino poſtulauit. impetrauitq; nil quidem loco fiducie pigneriſq; vel argenti ſequeſtrās. vel obligās prediorū. Sed vt cyrographo facto docetᷣ cauta centeſimo eſt feneratori. Que per triluſtre perducta tempus. modū ſortis ad duplum adduxit. Sed cū pater tu9 morti propīque. morbo incūbēte ſuccūberet.

atqꝫ ob hocipſum publica auctoritas male valentē patrēfamilias. vio
lentius ad reformandum debitum arctaret. nec ſuſtineri valeret. im-
probitas exequutorum. proficiſcenti michi toloſam. iam deſperatus
litteris imperauit. vt me rogante creditor veſter modicas ſaltē lar-
giretur inducias. Precibus orantis citus annui quia cum maximo
michi non noticie ſolum. verum et hoſpicij vetera iura. Igitur ad ami
cum libens ex itinere perrexi. quamꝙ villa non paucis aggere a pub
lico milibus abeſſet. Vt veni. occurrit michi ipſe quem noueram
anterius corpore erectum. greſſu expeditum. voce liberum. facie
liberalem. multum ab antiquo diſſimilis. inceſſu. ha. Tum coma
breuis. barba prolixa. tripodes ſelle. cilicum vela foribus appenſa.
lectus nil habens plume. menſa nil purpure. humanitas ipſa ſic
benigna. ꝙ frugi. nec ita carnibus habundans. vt leguminibus
Certe ſi quid in cibus vnctius. non ſibi ſed hoſpitibus indulgens.
Cum ſurgeremus clam percunctor aſtantes. quod genus vite de tri-
bus arripuiſſet ordinibus. monachum ageret. an clericum penitentē
ne. dixerunt nuper ī pacto ſacerdotio fungi. quo recuſantem factioſe
ligaſſet ciuicus amor. luce reuoluta. dum pueri clienteſqꝫ capiendis
animalibꝰ occuparentur. ſecrete collocutionis peto copiam. Preſtat.
Amplector nil opinantem gratulariqꝫ me primum. pro ſui ſtatꝰ apice
affirmo. Tum conſequentes miſteo preces. Turpionis noſtri rogata
ꝯfero. Allego neceſſitates. extrema deploro. Que duriora merentibꝰ
amicis hinc viderētur. ꝙ fenore ligatꝰ corpore ſolueret. Meminiſſet
ergo profeſſionis ſue noue. ſodalitatis antique. exactorumqꝫ circa la-
trantum barbarum inſtantiam indultis tantiſper īdicijs moderaret.
et ſi deceſſiſſet eger tribueret heredibꝰ annui luctꝰ tempus immune.
Si quod optarem priſtinam. turpio ſalutem recuperaſſet: īdulgeret
exhauſto per ocium facultatem cōualeſcendi. Adhuc rogabam eum
repente vir totius caritatis flere granditer cepit non morā debiti:
ſed periculum debitoris. frenatoqꝫ ſingultu: Abſit a me īquit vt hec
repoſtam ab clericus egro. que vix petiſſem miles a ſoſpite. Sed et
liberos eius ita diligo. vt eciam ſiquid aduerſum ceſſerit egro: nil

ſum ab eo amplius poſtulaturus. quod mei officij ratio permittit. Qua pꝛopter ſcribe ſollicitꝰ. Quoqꝫ credant plus litteris tuis. meas iunge quiſquis ille fuerit languoꝛis euentus, quem tamē fratri pꝛoſperum optamus. quod et annuum ſolutionis ſpacium pꝛorogabo. et ſuperpoſitam medietatem. que per vſure nomen accreuit īdulgeā. ſola reſtitutione contentus. Egi ad hec gracias deo maximas. hoſpiti magnas, qui ſic amaret tam ſuam famam, ꝙ̄ conſcienciā. Confirmās amicum pꝛemittere ſibi. ꝙ dimitteret vobis. Atqꝫ hic ſuperna regna mercari. ꝙ beneficia terꝛena nō venderet. ergo quod reſtat enitere. vt auctoꝛe te pꝛotinus ſaltem commodata ſumma ſoluatur. Sic vt ingentes nichilominus gracias agas. eciam nomine ipſoꝛum. qui tibi germanitate coniuncti fratres. per etatem ſapere non poſſunt quid muneris conſequantur. Non eſt cur dicere incipias. habeo conſoꝛtes necdum celebrata diuiſio eſt. Auarius conſtat me eſſe tractatum q̄m coheredes. Frater et ſoꝛoꝛ ſub annis adhuc tutelaribus agūt. necdū ſoꝛori maritus. fratri necdum curatoꝛ. curatoꝛi necdum ſatiſdatoꝛ inuentus eſt. Quod quidem totum creditoꝛibus bene. ſed malis: dicitur: At cum habet talis perſona contractum. que velit medium relaxare cum totum poſſit exigere ſi moram patitur. Quitquid pꝛopter miſericoꝛdiam conceſſerat pie. iuſte repoſcit pꝛopter iniuriam.

Sidonius domnulo ſuo ſalutem.

Nequeo differꝛe quin grandis cōmunione te gaudij feſtinus inpartiam in mirum noſſe cupientem. Quid pater noſter in xpiſto pariter. et pontifex patiens cabillonum pꝛofectus: moꝛe religionis. moꝛe conſtantie ſue fecerit. Cum veniſſet in opidum ſupraſcriptum. pꝛouincialium ſacerdotum. pꝛeuio partim. partim comitante collegio ſcilicet vt municipio ſummꝰ aliquis antiſtes oꝛdinaretur. Cuius eccleſie diſciplina nutabat. poſtq̄m epiſcopus paulus iunioꝛ diſceſſerat. deceſſeratqꝫ: exceperunt pontificale conſilium varie voluntates opidanoꝛum. necnon et illa que bonum publicum

ſemper euertunt ſtudia priuata. quequidem triumuiratus accenderat conpetitorum . Quorum hic anteꝙ natalium prerogatiuam. reliqua deſtitutus morum dote ructabat. hic per fragores paraſiticos. culmarum ſuffragio comparatos . apicianis plauſibus ingerebatur . hic apice votiuo ſi potieretur . tacita pactione promiſerat . eccleſiaſtica ploſoribus ſuis prede predia fore. Quod vbi viderunt ſanctus paciēs. et ſanctus eufronius . qui rigorem dignitatemqꝫ ſentencie ſanioris. preter odium graciamqꝫ primi tenebant : Conſilio cum coepiſcopis prius clam communicato. qm̄ palam prodito. ſtrepituqꝫ furentis turbe deſpecto· iactis repente manibus arreptum nichilqꝫ cum minus ꝙ que agebantur optantem . ſuſpicantemqꝫ ſanctum iohannem· virum honeſte. humanitate. manſuetudine inſignem. lector hic primum. ſic miniſter altaris. idqꝫ ab infancia poſt laborum temporumqꝫ proceſſu. archidiaconus. in quo ſeu gradu. ſeu miniſterio multum retentus. propter induſtriam . diu dignitate non potuit augeri. ne poteſtate poſſet abſolui: ac cum hunc iam ſecundi ordinis ſacerdotem · diſſonas inter partium voces que differebant laudare non ambientem. ſed nec audebant culpare laudabilem. ſtupentibus factioſis. erubeſcentibus malis. acclamantibus bonis. reclamantibus nullis: collegā ſibi conſecrauere . Nunc ergo virentia ſi te remittunt iam monaſteria in que libenter ſolitus aſtendere. iam celeſtibus ſuperniſqꝫ preludis habitaculis. gaudere te par eſt de communium patrum vel patronorum ſeu ſic ſentiente concordia . ſeu ſic concordante ſentencia. Illius quoqꝫ nomine exulta. quem creauerunt eufronius teſtimonio. patiens manu. vterqꝫ iudicio. In quo fecit eufronius. quod conueniret non ſenectutis modo ſue. verum eciam dignitatis longeuitati. fecit et patiens vir quālibet magnis. par cum laudibus. ꝙ ſatis decuit facere perſonam que caput eſt ciuitati noſtre per ſacerdotium. prouincie vero per ciuitatem.

¶Explicit liber quartus. Incipit liber quintus.

¶Sidonius petreio ſuo ſalutem.

AUdio quod lectitandis epiſtolis meis voluptuoſam pa/
tienciam inpendas. Magnum hoc eſt et literarum viro
cōuenientiſſimum cum ſtudijs ipſe maximis polleas: ea
et in alijs eciam numina complecti. ſed ex hocipſo con/
ſummatiſſima tibi gloria reponderatur. Nam ſatis eminet ingenij p
prij merits: qui fuerit fautor alieni . Commendo uindicium neceſſa/
rium meum virum religioſum · et leuitice dignitatis quam nuper
indeptus eſt accommodatiſſimum. Cui meis e pugillaribus transferre
que uiſſeras non vacans. per quam prouincia fuit. hic vobis aliquid
neuiarum munuſculi vice detulit. qm̄q̄ que tua ſanctitas. ſemper grā/
dia litteras meas munera putes · Interea neceſſitatem prefati porti/
toris inſinuo. quem traxit iſto negocij oborti bipertita condicio. Si/
quidem hac diffinitione perrexit. vt aut ineat litem. aut adeat here
ditatem. Nam patrueli paterno celebi inteſtatoqꝫ defuncto: per ag/
nationis prerogatiuam ſuccedere parat. niſi tamē ceptis factioſa vis
obuiet . Contra quas tamen cunctas difficultates ſolus poſt opē xpi
ſupplici tuo ſufficis. cuius confido ꝙ ſi meruerit perſona graciam : cō/
ſequetur cauſa victoriam.

Sidonius nymphidio ſuo ſalutem.

LIbrum de ſtatu anime tribus voluminibus illuſtrem. Namer
tus claudianus peritiſſimus xpriſtianorum philozophus . et
quorumlibet primus eruditorum totis ſectate philozophie membris
artibꝰ partibuſqꝫ comere et excolere curauit. nouē quas vocauit mu
ſas. diſciplinas aperiens eſſe nō feminas. Nāqꝫ in paginis eiꝰ vigilax
lector īueniret. veriora nōia camenarū q̄ propriā de ſe ſibi pariūt nū
cupationē. Illic enī et grāmatica diuidit et oratoria declamat. et ariſ
metrica numerat. et geometrica mecit᷑. et muſica pōderat · et dialetica
diſputat. et aſtrologia p̄noſcit · et architectoria ſtruit. et metrica mo/
dulat᷑. Hꝰ lectiōis nouitate letatꝰ. excitꝰqꝫ maturitate. repti recēſen/
dā transferandāqꝫ vt videras petiſti. vt petieras impetraſti ſub ſpon

ſione cite redibicionis. Nec me falli: nec te fallere decet. Tempus eſt
commodata reſtitui quia liber ipſe ſi placuit debuit exibere ſacietatē.
ſi diſplicuit debuit mouere faſtidium. Tu autē quitquid illō eſt fidem
tuā celeriter abſolue. Ne ſi repetitum libellum ſeruis reddere paras:
membranas potius videaris amare ꝙ litteras.

Sidonius apollinari ſuo ſalutem.

Par erat quidem garrulitatem noſtram ſilencij veſtri talione
frenari. Sed quoniam perfecta dilectio non tā debet recolere
quid officiorum ſoluat ꝙ meminiſſe quid debeat: eciam nunc laxatis
verecundie habenis obſequium alloquij impudentis iteramus. Cuius
improbitas vel hinc maxime dinoſcitur. quod tacetis. ergo ve quid
tempore hoſtilitatis ageretis frater noſſe non merui? Diſſimulaſtis
trepido pro vobis amico vel ſecuritatem prodere. vel timorē? Quid
eſt aliud ſi requirenti tuas ſupprimis actiones qm̄ ſuſpicari eum qui
tui ſollicitus exiſtat. aut certe non gauiſurum compertis proſperis
auerſi diuerſa acceſſerint non fleturum: Faceſcat hec a bonis mori-
bus impietatis opinio. et a candore ſuo vera caritas nemin tam mi
ſere ſuſpicionis eliminet. Namq; vt criſpus noſter affirmat. idem
velle atq; idem nolle. ea demum firma amicicia eſt. Interea ſi vel
vos valetis bene eſt. Ego autem infelicis conſciencie mole depreſ-
ſus vi febrium nuper extremum ſalutis acceſſi: vtpote cui indigniſ-
ſimo tante profeſſionis pondus impactum eſt. qui miſer ante com-
pulſus docere. ꝙ diſcere. et ante preſumens predicare. ꝙ facere. tāꝙ
ſterilis arbor. cum non habeam opera proponis. ſpargo verba pro
folijs. Quod reſtat: orate vt opere precim ſit. quod ab īferna prope
modum ſede remeauimus. ne ſi in preteritis crimībus manſerimꝰ. in-
cipiat ad anime potius mortē ꝑtinere ꝙ viuimꝰ. Ecce qđ agimꝰ in-
dicauimꝰ. ecce adhuc quid agatis īquirimꝰ. Fit a nr̄a ꝑte qđ piū ē;
vos deīceps facite qđ videt̄. Illō ſane velut actitas leges ita ere credite

inciſum . nos ſub ope xpriſti numq̄ admiſſuros amoris terminum . cuius ſtuduimus fundare principium.

Sidonius ſimplicio ſuo ſalutem.

Quod non recepi ſcripta qui miſeram . imputo amicicie . ſed deputo plus pudori . Nam niſi preter equum autumo vt ſalutacio michi debita diſſimularet̄ . non illud contumacia . ſed verecūdia fuit. At ſi vlterius pagine garrienti forem claudis peſſulum oppoīs . quieti quidem tue nō invitus indulgeo . ſed non pcula te reos meos inuenturū me eſſe pronuncio . Nam totam ſilencij veſtri invidiam verti non iniurium eſt ad ſuperbiam filiorum: qui ſe diligi ſentientes quoddam patiuntur de noſtra ſedulitate faſtidium . Quos monere pro patria auctoritate debetis: vt contracte apud nos offēſe . amaritudinem politis affatibus dulcare non deſinant.

Sidonius ſiagrio ſuo ſalutem.

Cum ſis conſulis pronepos . idq̄ʒ per virilem ſucceſſionē qm̄q̄ id ad cauſam ſubiciendam minus attinet . cum ſis igitur e ſemine poete . cui proculdubio ſtatuas dederunt littere . ſi trabee non dediſſent . quod eciam nunc auctoris culpa verſibus verba teſtant̄ . a quo ſtudia poſterorū . ne parum quidem quippe in hac parte degeneraverunt . immane narratu eſt quantum ſtupeam ſermonis te germanici noticiam tanta facilitate rapuiſſe. At qui puericiam tuam competenter ſcholis liberalibus memini inbutam . et ſepe numero acriter eloquenterq̄ʒ declamaſſe . corā oratore ſatis habeo compertum. Atq̄ʒ hec cum ita ſint . velim dicas vnde ſubite hauſerunt pectora tua . euphoniam gentis aliene . vt modo michi poſt ferulas lectionis maronianae . poſtq̄ʒ deſudatam varicoſi arpinatis habundanciam . loquacitatemq̄ʒ quaſi de hilario vetere . nouus falco prorumpas ? Eſtimari minime poteſt . quanto michi ceteriſq̄ʒ ſit riſui quotiens audio quod

te preſente. formidet facere lingue ſue. barbarus barbariſmum. Aſtupet tibi epulas interpretanti. cur ita germanorum ſenectus et negocijs mutuis arbitrum te diſceptatoremq; deſumit. Nouus burgondionum. ſolon in legibus diſſerendis. nouus amphion in citharis. ſed tricordibus temperandis: amaris. frequentaris. expeteris. oblectas. adhiberis. eligeris. decernis. audiris. Et quamquam eque corporibus. ac ſenſu rigidi ſint. indolatileſq;: amplectuntur in te pariter et diſcunt. ſermonem patrium cor latinum. Reſtat hoc vnum vir facetiſſime vt nichilo ſegnius. vel cum vacabit aliquid lectioni operis inpendas cuſodiaſq; hoc prcut elegantiſſimus es temperamentum. vt iſta tibi lingua teneatur. ne rideris: illa exhortatur vt rideas.

Sidonius apollinari ſuo ſalutem.

CUm primum eſtas deceſſit. autumpno et aruernorum timor potuit aliquantiſper. ratione temporis temperari. vyennam veni. vbi thaumaſtum germanum tuum quem pro iure vel ſanguinis. vel etatis. reuerenda familiaritate complector: meſtiſſimum inveni. Qui quamquam recentu celibatu granditer afficiebatur. pro te tamen parum minus anxius erat. Timebat enim verebaturq;. ne quam tibi calumpniam turbo barbaricus. aut militaris concinnaret improbitas. Namq; confirmat magiſtro militum chilperico victorioſiſſimo viro. relatu venenato quorumpiam ſceleratorum fuiſſe ſecreto inſuſurratum tuo precipue machinatu. opidum vaſſionenſe partibus noui principis applicari. Si quid hinc tibi tuiſq; ſuſpicionis incutitur. raptim doce recurſu familiarium paginarum. ne vobis ſollicitudinis. aut preſencie mee oportunitas pereat. Cure michi peculialiter erit. ſi quid tamen cauendum exiſtimabis. vt te faciat aut gracia impetrata ſecurum: aut explorata iracundia cautiorem.

Sidonius aumaſto ſuo ſalutem.

INdagauimus tandem qui apud tetracrham noſtrum. germani tui

et e diuerſo partium. noui principis amiciciaſ criminarentur: ſi tamen fidam ſodalium ſagacitatem clamdeſtina delatorum non fefellere veſtigia. Hij nimirum ſunt. vt idem coram poſitus accepi· vel audiſti. quos ſe iam dudum perpeti. inter clemenciores barbaros gallia gemit. hij ſunt: quos timent eciam qui timentur. hij ſunt: quos hec peculiariter prouincia manet. inferre calumpnias. deferre perſonas. afferre minas. auferre ſubſtancias. hij ſunt: quorum laudari audis. in ocio occupationes. in pace predas. inter arma fugas. inter vina victorias. hij ſunt: qui cauſas morantur adhibiti. impediunt pretermiſſi. faſtidiunt admoniti. obliuiſcuntur locupletati. hij ſunt: qui emunt lites. vendunt interceſſiones. deputant arbitros. iudicanda dictant. dictata conuellunt. attrahunt litigaturos. protrahunt audiendos. trahunt addictos. retrahunt tranſſigentes. hij ſunt: quos ſi petas eciam nullo aduerſante beneficium: piget promittere. pudet negare. penitet preſtitiſſe. hij ſunt: quorum comparationi digitum tollerent. narciſſus. aſſiaticus. maſſa. marcellus karus. parthenius. licinius. et pallas. hij ſunt: qui īuident tunicatis ocia. ſtipendia paludatis viatica veredarijs mercatoribus nundinas. munuſcula legatis portoria quadruplatoribus. predia prouincialibus flamonia municipibus. archarijs pondera. menſuras allectis. ſalaria tabularijs. Diſpoſitiones numerarijs. pretorianis ſportulas. ciuitatibus inducias. vectigalia publicanis. reuerenciam clericis. originem nobilibus. conceſſum prioribus· congreſſum equalibus cinctis iura. diſcinctis priuilegia. ſcholas inſtituendis. mercedes inſtituentibus: litteras inſtitutis. hij ſunt: qui nouis opibus ebrij. et vt minima cognoſcas. putendi temperanciam. produnt impericiam poſſidendi. Nam libenter incedūt armati ad epulas. albati ad exequias. pelliti ad eccleſias. pullati ad nupcias. caſtorinati ad letanias. Nullum illis genus hominum. ordinum. temporum. cordi eſt. In foro ſcite. in cubiculo vipere. in con-

uiuio ſcurre in exactionibus arpie. in collocutionibus ſtatue. in queſ
tionibus beſtie. in tractatibus coclee. in contractibus trabezete. ad
ad intelligendum ſaxei. ad iudicandum ignei. ad ſuccendendum flam
mei. ad ignoſcendum ferrei. ad amicicias pardi. ad facecias vrſi. ad
fallendum vulpes. ad ſuperbiendum tauri. ad conſumendum mino-
tauri. ſpes firmas in rerum motibus habent: dubia tempora certius
amant. et ignauia pariter conſcienciaqꝫ trepidantes: cum ſint in
pretorijs leones. in caſtris lepores. Ament federa. ne diſcuciantur.
bella. ne pugnent. Quorum ſi nares afflauerit. vſpiam rubiginoſi.
aura marſupij confeſtim videbis ilic. et oculos argi. et manus bria-
rei. et ſpingarum vngues. et periuria laomedontis. et vlixis arguci-
as. et ſinonis fallacias. et fidem polimeſtoris. et pietatem pigmale-
onis adhiberi. his moribus. obruunt virum non minus bonitate. q̄
poteſtatem preſtantem. Sed quid faciat vnus. vndiqꝫ venenato val
latus interprete. Quid inquit faciat. cui natura cum bonis. vita cū
malis eſt. Ad quorum conſilia falaris cruentior. Mida cupidior an-
cus iactantior. tarquinus ſuperbior. tyberius callidior. Gayus peri
culoſior. claudiꝰ ſocordior. nero impurior. galba auarior. otho auda
tior. vitellius ſumptuoſior. domicianus truculentior redderetur. Sa-
ne quod principaliter medetur afflictis. temperat lucumonem noſtrū
tanaquil ſua. et aures mariti virosa ſuſurronum fece completas. opor
tunitate falſi ſermonis ervderat. cuius ſtudio factum ſcire vos par ē.
nichil interim quieti fratrū cōmuniū apd aīm cōmunis pricipis iuni
orum cyberatarum venena nocuiſſe. neqꝫ quid q̄ deo propiciante no
citura. ſi modo qm̄ diu preſens poteſtas lugdunenſem prouinciam re
git. noſtrum ſuumqꝫ germanicum preſens agrippina moderetur.

Sidonius ſecundino ſuo ſalutem.

Diu eſt quod te exametris familiarius inſeruientem ſtupen
tes predicanteſqꝫ lectitabamus. Erat ſiquidem materia

iocunda.ſeu nupciales tibi thalamorum faces.ſiue perfoſſe regis ic/
tibus fere deſcriberentur· Sed triplicibus trocheis nuper in metrum
indecaſillabum compaginatis . nichil ne tuo quidem iudicio ſimile
feciſti . Deus bone quid illic ineſſe mellis . leporis piperateq; facun/
die minime tacitus inſpexi . niſi quod feruentis fulmen ingenij . et
eloquij falſa libertas. plus perſonis forte qm̄ cauſis. impediebantur.
vt michi non figuratius .conſtantini domum vitamq; videatur vel
pupugiſſe. verſu gemello conſul ablauius. vel momordiſſe. diſtico ta
li clam palatinis foribus appenſo . Saturni aurea ſecula quis requi/
rat ? Sunt hec gemmea ſed neroniana . quia ſcilicet predictus au/
guſtus iiſdem fere temporibus extinxerat coniugem . fauſtam calore
balnei. filium criſpum frigore veneni . Tu tamen nichilo ſegnius o/
peram ſaltem facetis ſatyrarum coloribus increpidus impende ·Nam
tua ſcripta noſtrorum vicijs proficientibus . tirannopolitarum locu
pletabuntur . Non enim tam mediocriter intumeſcunt . quos noſtra
iudicia. ſecula . loca· fortunatos putant . vt te nominibus ipſorum
quandoq; reminiſtendis. ſit poſteritas laboratura . Namq; improbo/
rum probra: eque vt preconia bonorum immortalia manent.

¶ Sidonius aquilino ſuo ſalutem.

In meo ere duco vir omnium virtutum capaciſſime . ſi dig/
num tu quoq; putas. vt quantas habemus amiciciarum cau/
ſas .tantas habeamus ipſi amicicias . Auitum eſt quod repoſco. teſ/
tes michi in preſenciarum. aui noſtri ſuper hoc negocio. apollinaris
et ruſticus aduocabuntur: quos laudabili familiaritate coniunx erat
litterarum. dignitatum. periculorum . conſcienciarum. ſimilitudo. cum
in conſtantino in conſtanciam. in iouino facilitatem· in geroncio per
fidiam. Singula in ſingulis. omnia in dardano crimina ſimul execra
rentur . Etateq; media : patres noſtri ſub vno contubernio . vix
dum a puericia. in totā adoleſcencā euecti. principi honorio tribuni

notarijq; militauere. tanta caritate peregrinantes: vt inter eos minima fuerit cauſa cōcordie. quod filij amicorū commemorabantur. In principatu valentiniani imperatoris. vnus galliarum prefuit parti: alter ſolidati. Sed ita ſe quodam modo tituli amborum compenſatione fraterna pōderauerūt: vt prior fuerit faſcium tenore. qui erat poſterior dignitate. Ventum ad nos ideſt ventum eſt ad nepotes. quos nil decuerit plus cauere. q̄ ne parentū antiquorumq; noſtrum per nos forte videatur antiquata dilectio: Ad hoc in ſimilem familiaritatem preter hereditariam prerogatiuam multifaria oportunitate compellimur. Etas vtriuſq; non minus iūcta. q̄m patria. Vnus nos exercuit ludus. magiſter inſtituit. vna nos leticia diſſoluit. ſeueritas cohercuit. diſciplina formauit. De cetero ſi deus annuit. in annis tam ſenectutis inicia pulſantibus. ſimus niſi reſpuis amme due. animus vnus. Imbuamuſq; liberos inuicem diligentes: idem velle. nolle. refugere. ſectari. hoc patrum vero iam ſupra nota ſi per ruſticum appollinaremq; proauorum predicabilium. tam reformentur corda. q̄ nomina.

Sidonius ſapando ſuo ſalutem.

SI quid omnino bene pracmacius illuſtris. hoc inter reliquas animi virtutes optime facit: quod amore ſtudiorum te ſingulariter amat. in quo ſolo. vel maxime animum aduertit. veteris pericie diligēcieq; reſediſſe veſtigia Etquidem non iniuria tibi fantor eſt. Nam debet ab eo ꝑcopioſus litteris amor. hūc olim ꝑorantem et retorica ſedilia plauſibili oratione frangentē. ſocer eloquens vltro ī familiā patriciam aſſciuit. licet illi ad hoc vt ſileā de genere vel cēſu. etas. venuſtas. pudor. patrocinarent. Sed vt comperi erubeſcebat iam eciam. tunc vir ſeruis. et forme dote placuiſſe:

quippe cui merito iugenij ſuffeciſſet adamari . et vere optimus quiſ-
qꝫ . mozum preſtancius pulchritudine placet . Porro autem preter-
volantia corporis decoramenta currentis cui profectu defectuqꝫ labeſ-
cunt. hunc quoqꝫ manente ſentencia . gallus primo prefectus . priſ-
cus valerianus conſilijs ſuis tribunalibuſqꝫ ſociauit . iudicium anti
quum perſeuerantiſſime tenens : vt cui ſciencie obtentu iunxerat ſo-
bolem . iungeret et dignitatem . Tua vero tam clara . tam ſpectabi
lis dictio eſt : vt illi diuiſio palemonis . grauitas gallionis . habun
dancia delphidij. agrecij diſciplina . fortitudo alchimi. adelphij tene
ritudo. rigor magni. dulcedo victorij · non modo non ſuperiora: ſed
vix equiparabilia ſcribantur . Sane ne videar tibi ſub hoc quaſi hij
perbolico rethorum cathalago blanditus quippiam gratificatuſqꝫ : ſo
lam tibi acrimoniam quintiliani. pompamqꝫ palladij. comparari non
ambigo · ſed potius adquieſco . Qua propter ſi quis poſt vos latine
fauet eruditioni . huic amicicie gracias agit . et ſodalitati veſtre ſi-
quid hominis habet . tercius optat adhiberi . quamquam quod eſt gra-
uius non ſit ſatis ambitus iſte faſtidium vobis excitaturus. quia pau
ci ſtudia nunc honorant . Simul et naturali vicio fixum eſt radicatū
qꝫ pectoribus humanis. et qui non intelligunt artes . non mirentur
artifices.

Sidonius potentino ſuo ſalutem.

MUltum te amamus. et quidem huiuſce dilectionis . non eſt er
roneus. aut fortuitus affectus . Namqꝫ vt ſodalis tibi deuinc
tior fierem. iudicaui . Eſt enim conſuetudinis mee . vt eligam ante:
poſt diligam. Que nam inquis in me tibi probanda placuere? Dicam
libenter et breuiter . Quorum vnum fieri gracia. alterum carta com
pellit. Veneror in actionibus tuis . quod multa bono cuiqꝫ imitabilia
geris . Colis: vt qui ſollertiſſime. edificas: vt qui diſpoſitiſſime. vena
ris: vt qui efficaciſſime. paſcis: vt qui exactiſſime. iocaris: vt qui face
tiſſime. iudicas: vt qui equiſſime. ſuades: vt qui ſinceriſſime. cōmoueris:

vt qui tardiſſime. placaris: vt qui celerrime. redamas: vt qui fideliſ-
ſime. hec omnia exempla viuendi. iam hinc ab annis puperibus mẽs
appollinaris ſi ſequitur. gaudeo. certe vt ſequatur admoneo. In quo
docendo. inſtituendoq; modo ſub ope xpriſti diſpoſita ſuccedant. plu
rimum letor. maximam me formulam vite de moribus tuis mutua-
turum.

Sidonius calminio ſuo ſalutem.

QVod rarius ad vos a nobis pagina meat: non noſtra ſuper- 12
bia. ſed aliena violencia facit. Neq; ſuper hiis quidq; planiꝰ
queras. quippe cum ſilencii huius neceſſitatem par apud vos metus
interpretetur. hoc ſolum tamẽ libere gemo. quod turbine diſſidenciũ
partium ſegreges facti: mutuo minime fruimur aſpectu. Neq; vnq̃m
patrie ſollicitis offerris obtutibus. niſi forſitan cum ad arbitrium
terronis alieni. vos lorice: nos propugnacula tegunt. Vbi ipſe in hoc
ſolum captiuus adduceris. vt pharetras ſagittis vacuare. lacrimis
oculos implere cogaris. nobis q; nõ recuſantibus quod tua ſatis aliꝰ
moliuntur vota q̃ iacula. Sed quia interdum. et ſi non per federũ
veritatem. ſaltem per ĩduciarum ymaginem. quedam ſpei noſtre liber
tatis feneſtra reſplendet: impenſe flagito. vti nos cum maxime potes
affatu pagine frequentis impericias. ſciens tibi in animis obſeſſorũ
ciuium illam manere graciam: que obliuiſcatur obſidentis inuidiam

Sidonius pannicio ſuo ſalutem.

SEronatum. toloſa noſti redire. ſi nundum et credo q; nundũ: 13
vel per hec diſce. Iam pergit clauſeciam euantius. Iamq; cõ
tractas operas cogit eruderare. Si quid forte deiectu caduce frondis
ager ĩſorduit. Certe ſiquid voraginoſum eſt. ipſe humo aduecta ſcro
bibus oppletis trepidus exequat. vtpote beluam ſuam de valle thar
mis ducaliter anteceſſurus. muſculis ſimilis inter ſaxoſa vel breuia
ballenarũ corpulenciã p̃gubernantibꝰ. At ille ſic ira celer. qꝰ piger

mole .ceu draco e ſpecu vix euolutus : iam metu exanguibus gaba-
litanis. e proximo infertur. Quos ſingulos ſparſos. inopidatos· nūc
inauditis indiccioni generibus exhaurit : nunc flexuoſa calumpnia-
rum fraude circumretit. ne cum quidem domum laborioſos redire per
mittens:cum tributum annuum ditauere. Signum et hoc certum eſt
imminentis aduentus : quod cateruatim quo ſecumqꝫ conuerterit.
vincti trahuntur vincula trahentes . Quorum dolore letatur :paſcit
fame. precepue pulchrum arbitratus. ante turpare. qm̄ punire damp-
nandos. Crimen viris nutrit. mulieribus inſcidit. E quibus tamen
ſi rara quoſdam venia reſpexerit:hos venalitas ſoluit . vanitas illos.
nullos miſericordia · Sed explicande beſtie tali : nec oratorum prin
ceps marcus arpinas . nec poetarum . publius mantuanus : ſuffice
re poſſunt. Proinde quia dicitur hecipſa pernicies appropīquare. cu
ius prodicionibus deus obuiet . preueni morbum preuidencie ſalu-
britate contracqꝫ lites iurgioſorum ſi que mouentur pactionibus con
ſule. contra tributa ſecuritatibus. ne malus homo rebꝰ bonorum vel
quod noceat vel quod preſtet inueniat . In ſumma de ſeronato vis ac
cipere quid ſentiam ? Ceteri affligi per ſupra ſcriptum dampnoueren
tur: michi latronis et beneficia ſuſpecta ſunt.

¶ Sidonius apro ſuo ſalutem.

CAlenſes et nunc baie . te ſcabris cauernatim ructata. pumici-
bus aqua ſulphuris . atqꝫ iecoroſis ac ptyſiſcentibus langui-
dis . medicabilis piſcina delectat . an fortaſſe montana ſedes circum
caſtella et in eligenda ſede perfugīj. quandam patris ex municionum
frequencia difficultatē? Quidquid illud eſt. quod vel ocio vel negocio
vacas: in vrbem tamen in fallimur rogationum contēplatione reuo-
cabere . Quarum nobis ſolempnitatem primus mamertus pater et
pontifex . reuerentiſſimo exemplo . vtiliſſimo experimento. in uenit.
inſtituit . inuexit . Erant quidem prius quod ſalua fidei pace ſit dic-
tum : vage tepentes . infrequenteſqꝫ . vtqꝫ ſic dixerim oſcitabunde

ſupplicationes: que ſepe interpellantium prandioꝝ obicibus hebetabantur. maxime aut ymbres. aut ſerenitatem deprecature. ad quas vt nil amplius dicam· figulo pariter atqꝫ ortulano non oportuit cōuenire. In hÿs autem quas ſuprafatus ſummus ſacerdos et protulit pariter et contulit: ieiunatur. oratur. ſpallitur. fletur. Ad hec te feſta ceruicum humiliatarum. et ſternatium ciuium ſuſpirioſa cōtubernia: peto. et ſi ſpiritalem animum tuum bene metior. modo citus venies quod non ad epulas. ſed ad lacrimas inuitaris.

¶ Sidonius ruricio ſuo ſalutem.

Officÿ ſermone prefato bibliopolam veſtrum nō gracioſe· ſed iudicialiter expertus inſinuo. Cuius vt fidem in pectore. ſic in opere celeritatem. circa dominum te michi ſibiqꝫ communem. ſatis habunde probaui. librum igitur iam ipſe deportat eptacenſi. ſcriptum velocitate ſumma. ſummo nitore quamquam et a nobis relectum et retractum. Defert et volumen prophetarum. licet me abſente decurſum. ſua tamen cura manuqꝫ ſuperuacuis ſentencÿs eruderatum nec ſemper illo contra legente. qui promiſerat operam ſuam. Credo quia infirmitas fuerit impedimento· quo minus pollicita compleret. Reſtat vt exhortatio veſtra ſiue ſponſio. famulum ſic vel ſtudentem placere. vel meritum gracia competenti remuneretur. Que vtiqꝫ pro tali labore ſi ſoluitur: incipiet veſtram reſpicere mercedem. Sed cū hoc ego de ſola gracia precer: vos quid mareatur aſpicite. quem conſtat affectum domini magis ambire quam premium. 15

¶ Sidonius papianille ſuo ſalutem.

Rauenna veniens queſtor licinianus. cum primum tetegit alpe tranſmiſſa gallie ſolum: litteras aduentus ſui preuias miſit. quibus indicat eſſe ſe gerulum codicellorum. quorum in aduentu. terri eciam tuo hecdicio cuius eque titulis. ac meis gaudes. 16

honor patricius accedit celerrime. ſi cogites eius etatem. ſi merita: tardiſſime. Namq; ille iam pridem ſuffragium dignitatis ineunde. non ſoluit in lance, ſed in acie. Erariumq; publicum ipſe priuatus non pecuniis. ſed manubiis locupletauit. hoc tamen ſancte iulius ne/pos. armis pariter ſummus auguſtus et moribus: quod deceſſoris antemii fidem. fratris tui ſudoribus obligatam. quo citerior. hoc lau dabilior abſoluit. Siquidem iſte cõpleuit. qđ ille cepiſſime pollicebat᷑. Quo ſic: vt deinceps pro republica optimus quiſq; poſſit ac debeat ſiquid cupiam virtum eſt. quia ſecurꝰ hinc auidus impẽdere q̃nqui/dem mortuo q; imperatore· laborantũ deuotioni quitquid ſpoſpõderit princeps. ſemper redhibet principatus. Interea tu ſi affectum tuum bene colligo. hiſce compertis: magnum ſolatium inter aduerſa maxi/ma capis. nec animum tuũ a tramite communium gaudiorum vicine quoq; obſidionis terror exorbitat. Noui enim probe. ne meo quidem te quem ex lege participas. ſic honore letatam. quia licet ſis vxor bo na: ſoror optima es. Qua de re propicio deo xpriſto ampliatos proſa/pie tue titulos ego feſtinus gratatoriis apicibus inſcripſi: pariter ab ſoluens ſollicitudinem tuam fratris pudorem. Quem nil de propria dignitate indicaturum. ſi verecundum forte neſcires: nec ſi impium iudicares. Ego vero non tantum inſignibus veſtris. que tu hactenꝰ quanto liberius. tanto impacientius preſtolabare. q̃m q; hiis quoq; grãdi quantum concordia fruor. q̃m par eſt noſtris ſuiſq; liberis in poſterum expopto. votis incommune depoſcens: vt ſicut nos vtramq; familiam noſtram prefectoriam nacti. eciam patriciam diuino fauore reddidimus. ita ipſi quam ſuſcipiunt patriciam. faciant conſularem. Roſcia te ſalutat. cura communis. Que inauie amicarumq; indulgen tiſſimo ſinu. quod raro nepotibus cõtingit aliis. et cum ſeueritate nu tritur. qua tamen tenerũ non infirmat᷑ euum ſed informat᷑ ingeniũ.

Sidonius euriphio ſuo ſalutem.

E S eriphi meus ipſe qui ſemper. Numq; te tantum venatio

ciuitas agera vocat. vt non ob iter voluptate litterarum tenea-
re. Fitq; eo ſtudeo vt nec noſtra faſtidias: qui tibi vt ſcribis mu-
ſas olemus. Que ſentencia tamen large probatur vero carere. qm̄-
q; et apparet. aut ex ioco venire ſi letus es: aut ex amore. ſi ſeri-
us. Ceterum a iuſto longe reſultat. cum michi aſſignas que vix
maroni. vix aut homero. competenter accommodarentur. Hec relin
quamus idq; vnde cauſa ſermocinemur. Dirigi ad te precipis ver
ſus. quos viri ampliſſimi ſoceri tui precibus indulſi. Qui contu-
bernio mixtus equalium. viuit moribus adiubendum obſequen-
dumq; iuxta paratis. Sed quia ſcire deſideras et locum et cauſam
quo facilius intelligas rem perexiguā: tibi potiꝰ vicio verte qd lo
quatior erit operis pfacio. Conueneramꝰ ad ſancti iuſti ſepulchrū.
ſed tibi īfirmitas impedimēto ne tūc adeſſes. proſeſſio fuerat ante
lucana ſolempnitas anniuerſaria. populus ingens ſexu ex vtroq;.
quem capaciſſima baſilica non raperet. quamlibet cincta diffuſis
cripto porticibus. Cultu peracto vigiliaꝝ quas alternante mulce-
dine monachi clericiq; pſalmicines concelebrauerant: quiſq; in di-
uerſa ſeſeſſimus. Non procul tamen. vtpote ad terciam preſto fu-
turi cum ſacerdotibus res diuina facienda. de loci ſane turbarūq;
compreſſu. deq; numeroſis luminibus illatis. nimis anheli: ſimul et
eſtati nox adhuc proxima. tacito clauſos vapore torruerat. et ſi
iam primo frigore. tamen autumpnalis aurore detepeſcebat. Itaq;
cum paſſim varia ordinum corpora diſpergerentur. placuit ad con
ditorium ſpagrij conſulis ciuium primis vna coire: quod nec im-
pleto iactu ſagitte ſeparabatur. hic pars ſub vmbra palmitis ad-
ulti. qm̄ ſtipitibus altatis cancellati inq; pendentibus. pampinus
ſuperducta texuerat. pars ceſpite in viridi. ſed floribus odoro con
ſederamꝰ. Verba erāt dulcia. iocoſa. fatigatoria. pterea qd beatiſſi-
mū. nulla mēcio de poteſtatibꝰ. a de tributis. Nullꝰ ſermo q̄ pdere
t. nulla pſona q̄ pderet. Fabulā certe referre dignā relatu. digniſq;
ſentēcijs. quiſq; potuiſſet. audiebat ābicioſiſſime. Nec erat idcirco nō

diſtincta narratio. quia leticia permixta. Inter hec ocio diu marcidis
ailquid agere viſum. Mox bipertitis erat vt etas acclamationibus
efflagitata profertur hijs pila: hijs tabula. Spere primus ego ſigni-
fer ſui. que michi vt noſti comes vt liber habetur. Altera ex parte
frater meus. domnicius. homo gracie ſumme. ſummi leporis. teſſeras
ceperat. quatiebatque. quo velut claſſico. ad pirgum vocabat aleato-
res. Nos cum caterua ſcolaſticorum luſimus habunde. quantum mē-
bra torpore ſtatarij laboris hebetata: curſu ſalubri vegetarentur. hic
vir illuſtris filimatius. vt eſt illud mantuani poete. Auſus et ipſe
manu iuuenum. temptare laborem: ſperiſtarum ſe turmalibus con-
ſtanter immiſcuit. Pulchre enim hoc fecerat. ſed cum adhuc eſſent an-
ni minores. Qui cum frequenter de loco ſtantum medicurrentis im-
pulſu ſummoueretur: nunc quoque acceptus in aream tam pile coram
preteruolantis. quam ſuperiecte. nec intercideretur tramitem nec caue-
ret. nunc per cathaſtrofam ſepe pronatus: egre de rumoſo flexu ſe
recolligeret. primus ludi ab accentu ſeſe remouit ſuſpirioſus. extis
incaleſcentibus. Namque et iecuſculi fibra tumente: pungebant excer-
citatum crebri doloris. Deſtiti protinus et ipſe facturus communio-
ne ceſſandi rem caritatis. ne verecundiam laſſitudo fraterna patere-
tur. Ergo vt reſedimus: et illum mox aquam ad faciem petere ſudor
admonuit. exhibita poſcenti eſt. Pariter et lintheum villis onuſtum.
quod pridiana ſquama politum caſu ſub ipſis edicule valuis bipaten-
tibus de ianitoris erecto trocleatim fune nutabat. Quo dum per oci-
um genas ſiccat. vellem inquit ad pannum ſimul officij. aliquod te-
traſticon michi ſcribi iuberes. Fiat inquam. Sed quod meum dixit et
nomen metro teneret. Reſpondi poſſibilia factu que popoſciſſet. Ait
et ipſe. dicta ergo. tunc ego arridens. ilico ſcias muſas moueri. ſi
choro ipſarum. non abſque arbitris vacem. Reſpondit ille violenter.
et perurbane vt eſt. natura vir flammeus quidamque ei facundie fons
inexhauſtus. Vide domine ſolli ne magis apollo forte moueatur. quod
ſuas alūpnas ſolus ad ſecreta ſollicitas. Iam potes noſſe quē plauſum
ſentencia. tam repentina. tam lepida commouerit. Nec plus moratus

mox ſuo ſcriba qui pugillarem iuxta tenebat ad me vocato ſubditū
ſic epigramma compoſui. ¶ Verſus

Mane nouo vel cum feruencia balnea poſcunt
Seu cum venatu frons calefacta madet.
Hoc foueat faciem pulcher filimachius vdam.
Migret vt in bibulum vellus ab ore liquor.

Epyphanius noſter vix ſupra ſcripta perarauerat et nunciatum eſt. horo monente progredi epiſcopum de receptorio. Noſqꝫ ſurreximꝰ. Da poſtulate tu veniam cantilene. Illud autem ambo quod maius eſt. quodqꝫ me nuper in quendam dies bonos male ferentem. parabolice ſeu figurate dictare iuſſiſtis. quodqꝫ expeditum cras dirigetur: clam reſenſate. Et ſi placet: edentes fouete. Si diſplicet: delentes ignoſcitote.

¶ Sidonius attalo ſuo ſalutem.

Edue ciuitati te preſidere cepiſſe: libens atqꝫ cum gaudio 18
accepi. leticie cauſa quadripartita eſt: Prima ꝙ amicus. Secunda: ꝙ iuſtus es. Tercia: ꝙ ſeuerus. Quarta: ꝙ proximus. Quo fit. vt noſtris. noſtrorūqꝫ contractibus. primum velis. debeas. poſſis opitulari. Igitur amplectens in familiari vetuſto. nouum ius poteſtatis indepte. materiam beneficijs tuis iam diu quero. Quibus me tantum fidere agnoſſe. vt et ſi non inveniam que poſtam: queſiturus michi videaris ipſe. quod tribuas.

¶ Sidonius prudenti ſuo ſalutem.

Nutricis mee filiam. filius tue rapuit. facinus indignum. 19
quodqꝫ vos noſqꝫ inimicaſſet. niſi protinus ſcirem te neſciſſe faciendum. Sed conſciencie tue prelatione purgata. petere dignaris culpe calentis impunitatem. ſubcondicione concedo. ſi ſtupratorem pro domino iam patronus originali ſoluas inquilinatu.

Mulier autem illa iam libera eſt. que cum demum videbitur non ludi
brio addicta. ſed aſſumpta coniugio: ſi reꝰ noſter ꝓ quo p̄caris. moꝝ
cliens factꝰ eſt tributario· plebeiam potius incipiet habere pſonam
q̄ꝫ colonariā. Nam meā hec ſola ſeu compoſitio. ſeu ſatiſfactio. vel nō
mediocriter contumeliam emendat: qui tuis votis atqꝫ amicicijs hoc
adquieſco. ſi laxat libertas maritum ne conſtringat pena raptorem.

## Sidonius paſtori ſalutem.

QUod die heſterno tractatui ciuitatis. in cōſilio defuiſti: ex in-
duſtria factum pars melior accepit. que ſuſpicata eſt. id te ca
uere. ne tuis humeris onꝰ future legatioīs imponeret̃. Gratulor tibi
qꝫ iſtis moribꝰ viuis: vt neceſſe habeas electionem tui timere. laudo
efficaciam· ſuſcipio prudenciam. proſequor. laude felicitatē. Opto de-
niqꝫ equalia. hijs quos equaliter amo. Multi frequēter quos excecra
bilis. popularitas agit ciuiū maximos manu prenſant. eque conceſſu
publico abducūt. ac ſequeſtratis oſcula īpingunt. operā ſuam ſpōdent
ſed non petiti. Vtqꝫ videant̃. in negocij cōmunis. aſſertione legari.
euectionē refundūt. ipſoſqꝫ ſumptus vltro recuſant. et ab ambitu clam
rogant ſingulos. vt ab oībus palam rogentur. Sic qꝫ cum fatigacio
illoꝝ gratuita poſſit libenter. admitti. libentius tamen atqꝫ amabiliꝰ
verecundi legunt̃. idqꝫ cum expenſa tm̄ impudencia ſeſe ingerentium
ponderis habet. eciam faſciū tributario nomine ipſoꝝ nil ſupfundit̃.
Proinde qm̄qꝫ te non fefellit. quid boni quiqꝫ meditarentur, redde te
nauero monachorum quamuis illum. paulis. anthonijs. hilarionib⁹. macharijs conferendum ſectate acharesſeos prerogatiua comitetur: Aures ilico meas incondito tumultu circumſtrepitas ignobilium pu milionum murmur euerberat conquerentium. Hic qui nominatur in quiunt non epiſcopi. ſed potius abbatis complet officium. et inter cedere magis pro animabus apud celeſtem iudicem poteſt. qm̄ pro corporibus apud terrenum iudicem. Sed quis non exacerbeſcat cum videat ſordidari virtutum ſinceritatem criminatione viciorum? Si eligimus humilem: vocatur abiectus. Si proferimus erectum: ſuper bire cenſetur. Si minus inſtitutum: propter impericiam creditur irridendus. Si aliquatenus doctum: propter ſcienciam clamatur in flandus. Si ſeuerum: tam͂ crudelis horretur. Si indulgentem: fa cilitate culpatur. Si ſimplicem: deſpicitur vt brutus. Si acrem: vi tatur vt callidus. Si diligentem: ſuperſticioſus decernitur. Si re miſſum: negligens iudicatur. Si ſollertem: cupidus. Si quietum: pronunciatur ignauus. Si abſtemium producim⁹: auarus accipitur. Si eum qui prandendo paſcat: edacitatis impetitur. Si eum qui paſ cendo ieiunet: vanitatis arguitur. libertatem pro improbitate con dempnant. Verecundiam pro ruſticitate faſtidiunt. Rigidos ab au ſteritate non habent caros. blandi. apud eos communione vileſcunt: Ac ſi apud eos vtrolibet genere viuatur. ſemper hic tamen bonarū partium mores pungentibus linguis maledicorum veluti bicipitib⁹ hamis inuncabuntur. Inter hec monaſterialibus diſciplinis egre ſub ditur. vel populariū ceruicoſitas. vel licencia clericorum. ſi clericum dixero: ſequentes emulantur derogant antecedentes. Nam ita ex hijs pauci quod reliquorum pace ſit dictum ſolum clericatus diutur nitatem pro meritis autumant calculandam. vt nos in antiſtite con ſecrando. non vtilitatem velint eligere. ſed etatem. tam͂ diu poti⁹ q̄ beneviuere debeat accipi ad ſummum ſacerdotium adipiſtendum. pro omnium graciarum priuilegio. decoramento. lenocinamento. Et ita quipiam in miniſtando ſegnes. in obloquendo celeres, in trac tatibus ocioſi. in ſedicionib⁹ occupati. in caritate īfirmi. in factione

robuſti . in emulationum conſeruatione ſtabiles . in ſentenciarum
aſſertione nutantes: vitantur regere eccleſiam. quos iam regi neceſ
ſe eſt per ſenectam. Sed nec diucius placet propter paucorum ambi
tus multorum notare perſonas . hoc ſolum aſtruo quod cum nullum
proferam numcupatim. ille confitetur repulſam. qui confitetur offen‐
ſam . Sane id liberius dico. de multitudine circumſtantium. multos
epiſcopales eſſe: ſed totos epiſcopos eſſe non poſſe· et cum ſinguli di
uerſorum cariſmatum proprietate potiantur . ſufficere omnes ſibi .
omnibus meminem . ſi militarem dixero forte perſonam protinus in
hec verba conſurgitur . Quia de ſeculari profeſſione tranſlatus eſt.
ideo ſibi aſſumere metropolitanum de religioſa congregatione diſſi
mulare. Natalibus turget. dignitatum faſtigatur īſignibus. contemp
nit pauperes xpriſti . Qua propter in preſentiarum ſoluam ꝙ non
tam bonorum caritati. qm̄ maledicorum ſuſpicioni debeo fidem . Di‐
uit ſpiritus ſanctus. oīpotens deus noſter. qui petri voce dampnauit
ſymonem magum . cur opinaretur gratiam benedictionis precio ſeſe
poſſe mercari. nec in eo quem votis oportunum cenſui . nec pecunie
fauere nec gracie . ſed ſtatu ſatis ſuperqꝫ trutinato perſone tempo‐
ris. prouincie. ciuitatis . virum cuius in conſequentibus raptim vita
replicabitur. competentiſſimū credidiſſe· Benedictus ſimplicius hac‐
tenus veſtri. iamqꝫ ab hinc noſtri modo per vos deus annuat· haben
dus ordinis comes: ita vtriqꝫ parti . vel actu vel profeſſione reſpon‐
det: vt es reſpublica in eo quod admiretur. et eccleſia poſſit inuenire
quod diligat . Si natalibus ſeruanda reuerencia eſt. quia et hos nō
omitendos euangeliſta monſtrauit. nam lucas laudationē iohannis
aggreſſus. p̄ſtantiſſimū cōputauit· qd̉ ſacerdotali de ſtirpe veniebat.
et nobilitatē vite predicaturus. prius tn̄ extulit familie dignitatem.
parentes ipſius aut cathedris. aut tribunalibꝰ p̄ſederunt. Illuſtris in
vtraqꝫ cōuerſione ꝓſapia. aut epiſcopis floruit. aut p̄fectis. ita ſemper
huiuſce moribus. aut humanum. aut diuinū dictare ius vſui fuit . Si
vero perſonam ſuam tractatu conſiliſiore penſemus. inuenimus illam

tenere illic inter ſpectabiles principes locum. Si dicitis eucherium.
aut pannichium illuſtres haberi ſuperiores. quod hactenus eos eſſe
putatos. ſed preſentem iam modo ad cauſam. illi ex canone non re-
quiruntur. qui ambo ad ſecundas nupcias tranſierunt. Si annos
ipſius computemus: habet efficaciam de iuuentute. de ſenectute con-
ſilium. Si litteras vel ingenium conferamus. certat nature doctrina
Si humanitas requirunda eſt. ciui. clerico. peregrino. minimo.
maximoque eciam ſupra ſufficienciam offertur. et ſuum ſepius panem.
ille potius qui non erat rediturus agnouit. Si neceſſitas arripien-
de legationis incubuit · non illic ſemel pro hac ciuitate ſtetit. ante
pellitos reges. vel ante principes purpuratos. Si ambigitur quo ma-
giſtro rudimentis fidei fuerit imbutus. vt prouerbialiter loquar.
domi habuit vnde diſceret. Poſtremo iſte eſt ille kariſſimi· cui in te-
nebris ergaſtularibus conſtituto multipliciter obſerata barbarici
carceris diuinitus clauſtra patuerunt. Iſtum vt audiuimus tam ſo-
cero quam patre poſtpoſitis ad ſacerdocium duci oportere vociferaba-
mini. Quo quidem tempore plurimi laudis domum retulit. quando
honorari parentum maluit dignitate. quam propria. Pene tranſieram
quod preteriri non oporeuerat. ſub moyſe quondam ſicut pſalmogra-
phus ait. in diebus antiquis vt tabernaculi federis forma conſurge-
ret. totus yſrahel in heremo ante· beſehelelis pedes. oblacionum ſymbolum
coaceruauit impendiorum Salomon deinceps vt templum edificaret in ſo-
limis ſolidas populi vires in opere concuſſit. Quamuis paleſtinorum cap-
tiuas opes. et circumiectiorum regum tributarias functones. auſtra-
lis regine ſabbatis gaſa cumulauerit hic vobis eccleſiam iuuenis mi-
les. tenuis. ſolus. adhuc filiusſamalias. et iam pater extruxit. Nec il-
lum a propoſita deuotione ſuſpendit. vel tenacitas ſenum. vel intui-
tus paruulorum. et tamen fuit morum factura que taceret. Vir eſt
namque in fallor totis pluritatis alienus. graciam non captat omnium
ſed bonorum nunc indiſcreta familiaritate. vileſcens. ſe examinata ſo-
dalitate precioſus. et bono viratu emulis ſuis. magis prodeſſe cupiens
quam placere. ſeueris patribus comparandus. qui iuuenum filiorum

non tam cogitant vota q̄m commoda. In aduerſis conſtans. In dubijs fidus. in proſperis modeſtus. in habitu ſimplex. in ſermone communis. in contubernio equalis. in conſilio precellens. Amicicias probatus enixe expetit· conſtanter repetit. perhenniter ſeruat. Inimicicias indictas honeſte excercet. tarde credit celeriter deponit. maxime ambiendus. quia minime ambicioſus. Non ſtudet ſuſcipere ſacerdotiũ ſed mereri. Dicit michi aliquis. Unde tibi de illo tam cito tanta comperta ſunt? Cui reſpondeo. Prius biturges noueram. ꝙ bituricas. Multos in itinere. Multos in cõmilicio. Multos in contractu. Multos in tractatu. Multos ĩ ſua. Multos in noſtra peregrinatione cognoſcimus. Plurima noticie dantur· et ex opinione cõpendia: quia nõ tam paruos terminos. poſuit natura fame. ꝙ patrie. Quo circa ſi vrbium ſtatus non tam muroꝝ ambitu. ꝙ ciuiũ claritate taxandus eſt. non modo primum qui eſſetis· ſed vbi eſſetis agnoui. vxor illi de paladioꝝ ſtirpe deſcendit. qui aut litteraꝝ. aut altarium cathedras cum ſui ordinis laude tenuerũt. Sane quia perſona matrone verecundiã ſuccinctam quia ſui exigit mentionem. conſtanter aſtruxerim reſpondere illam feminam. ſacerdocijs vtriuſque familie. vel vbi educta creuit. Filios ambo bene et prudenter inſtituit. quibus comparatus pater inde felicior incipit eſſe. quia vincitur. et quia ſentẽciam paruitatis mee in hac electione valituram eſſe iuraſtis: ſiquidem non eſt validius dicere ſacramẽta ꝙ ſcribere. In nomine patris et filij. et ſpiritus ſancti ſimplicius eſt. quem prouincie noſtre metropolitanum· ciuitati veſtre ſummum ſacerdotem fieri debere pronuncio. Uos autem de viro de quo loquimur. ſi nouam ſentenciam meam ſequimini. ſecũdum veſtram veterem conſonate. Memor noſtri eſſe dignare domine papa

¶ Sidonius pape auſpicio ſalutem.

Si ratio temporum regionumque pateretur. nõ per ſola officia verborum amicicias ſemel initas excolere curarem. Sed quoniam fraterne quietis voto ſatis obſtrepit cõflictanciũ procella regnoꝝ

ſaltim inter diſcretos ſeparatoſqꝫ litterarum conſuetudo ſermonis iu
re retinebitur, Qui iam pridem caritatis optentu merito inducta. ve
teribus annuit exemplis. Super eſt vt ſollicito veneratori culpā ra
re occurſionis indulgeas · Que quo min⁹ aſſidue cōſpectus tui ſacro
ſancta contemplatione potiatur . nunc periculum de vicinis timet.
nunc inuidiam de patronis . Sed de hiis iſta hec eciā multa ſunt. In
terim petrum tribunicium virum portitorem noſtri ſermonis inſi
nuo . qui idipſum ſedulo expoſcit. quiqꝫ quid negocii ferat preſenta
neo compendioſius poteſt ītimare memoratu. Cui precor quod in vo
bis eſt opis ītuitu pagine pꝛeſentis accedat manente reſpectu nichil
ominus equitatis. Contra. quam nec magis familiarium cauſas com
mendare conſueui. Memor noſtri eſſe dignare dn̄e papa.

Sidonius dn̄o pape greco ſalutem.

INuido felicitati conſuetudinarii portitoris. a quo contingit
ſepius vos videri . Sed quid de amantio loquar. cum ipſas q̄
litteras meas emuler. que ſacroſanctis reſerabunt digitis. īſpicientur
obtutib⁹. Et ego iſtic inter ſemiuſtas muri fragilis clauſus āguſtias
belli terrore cōtigui deſiderio de vobis meo nequaq̄ ſatiſfacere ꝓmit
tor. Atqꝫ vtinam hec eſſet aruerne forma vel cauſa regiōis. vt minus
excuſabiles iudicaremur . Sed qd̄ eſt durius. per iniuſticie nr̄e meri
ta conficitur . vt excuſatio nobis iuſta nō deſit · Quo circa ſalutati
one p̄fata · ſicut mos poſcit officii. magnopē depoſco. vt īterim remit
tatis occurſiōis debitum · vel verba ſoluenti. Nam ſi cōmeandi liber
tas pace reuocetur. illud magis verebor . ne aſſiduitas p̄ſentie mee ſit
potius futura faſtidio · Memor nr̄i eſſe dignare dn̄e papa.

Sidonius ferreolo ſalutem.

SI amicicie noſtre potius affinitatis qꝫ q̄ perſone tue tempus·
ordinem. ſtatum. cogitaremus. iure vobis in hoc opere quātu

lumcumqꝫ eſt. primeqꝫ titulorum rubrice. prima ſermonum officia de
dicarent. Iſed per auitas tibi ſtilus noſter patricias curules nichilo
minus infulas enumeraturus non tacuiſſet triplices prefecturas. Et ſy
agrio tuo pro totiens mutatis ꝑconibus preconia nō negaſſet. patrē
inde patruoſqꝫ minime ſilendos ꝑcurriſſet. et qūlibus poſſet trium-
phalibus adoreis familie tue defetigari. non tamen eatenus explican
dis antiquorum ſtemmatibus exinaniretur. vt ob hoc ad narrādam
gloriam tuā fieret obtuſior. Qui ſi eciam in ſribendis maiorū tuoꝝ
virtutibus fuiſſet hebetatus. tuis denuo meritis accuminaretur. Sed
ſalutationē tibi debitam deſtinaturꝰ. nunquid fuiſſes. ſed quid potiꝰ
nūc eſſes conſiderauit. Pretermiſit gallias tibi adminiſtratas. tunc
cum maxime incolumes erant. pretermiſit attilam rheni hoſtem. tho
ris modum rodani hoſpitem ethium ligeris liberatorē ſola te diſpoſi
tionum ſalubritate tolleraſſe. propter que prudenciā tantam ꝓuiden
ciamqꝫ currū tuum ꝓuinciales cum plauſuum maximo accentu ſpon-
taneis ſubiſſe ceruicibus. quia ſic habenas galliaꝝ moderare: vt poſ-
ſeſſor exhauſtꝰ tributario iugo releuaret. ꝑtermiſit regē gothie fe-
rociſſimū. inflexū affatu tuo melleo. graui. arguto. īvſitato. et ab are
latenſiū portis quē ethiꝰ non potuiſſet prelio te prandio remouiſſe.
Hec oīa ꝑtermiſit. ſperās cōgruentius tuū ſalue pontificū ꝙ̄ ſenatorū
iam nominibꝰ adiungi. cenſuitqꝫ iuſtius fieri ſi inter ꝑfectos xpriſti.
ꝙ̄ ſi inter prefectos valētiniani conſtituere. Neqꝫ te ſacerdotibꝰ po
tius admixtum vicio vertat malignꝰ interpres. Non grādis ordinū
ignorancia tenet. hinc aliquid derogaturos. quia ſicuti cū epulū feſti
uitas publica facit. prior in priore menſa cōmunia. poſtremus ei qui
fuerit in ſecunda: ſic abſqꝫ cōflictatione preſtantior ſecundū honorū
ſentenciam computatur honorato maximo minus religioſus.

C Sidonius ſulpicio ſuo ſalutem.

H Ymerius antiſtes filiꝰ tuus notꝰ michi hactenꝰ. parū vultu-
ſatis opinione. que qdem in bonam ꝑtem porriebatur. lugdu

num nuper a trecaſſibus venit. Quo loci michi raptim ac breuiter
inſpectus ſanctum epiſcopum lupum facile princ ipem pontificum gal
licanorum ſue tam ꝓfeſſionis magiſtrum q̃m dignitatis actore morũ
vobis imitatione reſtituit. Deus bone que viro cẽſura. cũ venuſtate.
ſi quid vel deliberet forte vel ſuadeat habundat animi ſale cum con/
ſulitur: melle cum conſulit. Summa homini cura de litteris. ſed maxi
me religioſis. In quibus eum magis occupat medulla ſenſuum ꝙ ſpu
ma verborum. Tota illi actionum ſuarum intencio celeritas. mora.
xpriſtꝰ eſt. Quodq; mirere vel laudes nichil ocioſum facit. cũ nichil
faciat nõ quietũ. Jeiunijs delectatur. edulijs adquieſcit. illis adheret.
propter cõſuetudinem crucis. iſtis flectitur propter graciã caritatis.
Summo vtrũq; moderamine· quia cõprimit quotiens prãdere ſtatuit
gulam. quotiẽs abſtine iactanciam. officia multiplicat propria. vitat
aliena. Cũq; ipſi viciſſim deceat occurri. gratius habet ſi ſibi mutuꝰ
honor debeatur mage ꝙ impendatur. In conuiuio· itinere. conceſſu.
inferioribꝰ cedit· Quo fit. vt ſe illi voluptuoſius turba poſtponat ſu
perioꝝ. Sermonẽ maximo temperamento cum colloquente diſpenſat
In quo non patitur aut vllam verecundiam externis. aut familiaris
iniuriam. aut credulis inuidiã. aut curioſus repulſam. aut ſuſpicioſus
nequiciam. aut peritus calumpniã. aut imperitus infamiam. Simpli/
citatem columbe in eccleſia ſeruat. in foro ſerpentis aſtuciam. bonis
prudens. malis cautus. ventris callidus iudicatur. Quid plura? Totũ
te nobis ille iam reddidit. totã tuam temperanciã. religionem. liber/
tatem. verecundiam· et illam delicate mentis pudiciſſimam teneritu/
dinem. iocunda ſimilitudine expreſſit. Qua prooter quantum volue/
ris deinceps frui ſecreto indulgere ſeceſſui. licebit indulgeas. q̃n qui/
dem nos in fratre meo hymerio. auũ nomine patrẽ facie. vtrũq; pru
dencia iam tenemus.

Sidonius filagrio ſuo ſalutem

PRoxime inter ſummates viros. erat et frequens ordo. Deſtri
mentio fuit. Omnes de te boni in commune ſenſerunt omnia

bona. cum tamen ſinguli quicq; varia virtutum genera dixiſſent. Sa-
ne cum ſibi quipiam de preſencia tua quaſi de magis noſſent. preter
equum gloriarentur incandui. Quippe cum dici equanimiter non
admitterem. virum omnium literarum vicinantibus ruſticis. quam
inſtitutis fieri remotioribus notiorem. Proceſſit in vlteriora conten
cio. Et cum aliqui ſuper hoc errore pernicaciter controuerſarentur.
Ydiotarum ſiquidem eſt. ſicut facile conuinci. ita difficile compeſci.
conſtanter aſſerui ſi eloquentibus amicis numq̃ agnicio contempla
tiua proueniat eſſe aſperum. vtcumq; tollerabile tamen quia preua-
leant ingenia ſua. quorum coram quibus impericia ciuica peregri-
natur ad remotarum deſideria prouinciarum. ſtilo adminiculante por
rigere. per quem ſepe numero abſentum dumtaxat inſtitutorum tan
tus colligitur affectus. quantus nec preſentanea ſedulitate conficitur
Igitur ſi ita eſt deſiſtant calumpniari communis abſtinencie neceſſi-
tatem vultuum mage q̃m morum predicatores. Equidem ſi humana
ſubſtancia rectius mole q̃ mente cenſenda eſt. plurimum ignoro qđ
ſecundum corpulenciam per ſpacia q̃uis porrecta finalem in homine
miremur. Quo michi eque miſerum deſtitutumq; naſcendi condicio
produxit. Quippe cum prebeat tamq̃ ab aduerſo boni pilus apro ſe
ta volucri pluuia veſtium quibus inſuper vt vim vel inferãt vel re-
pellant. cornu. deus. vnguis. arma genuina ſunt. membra vero noſ-
tra in hunc mundum ſola cenſeas eiecta. cumq; gingnendis artubus
animalium ceterorum multifario natura preſidio quaſi quedam ſinu
ſinu pateo te mater occurrat. humana tantum corpora effudit· quo
rum imbeſillitati quodam modo nouercaretur. Nam illud ſicuti ego
cenſeo qui animum tuum membris duco potiorem non habet equa
litatem. quod ſtatum noſtrum ſupra pecudes veri falſiq; neſcias ra-
tiocinatio anime intellectualis euexit. Cuius ſi tantiſper ſubmoueant
dignitatem iſti qui amicos ludificabundi nõ tam iudicialiter q̃ ocu-
lariter intuentur. dicant velim in hominis forma quid ſatis preſtãs
quid ſpectabile putent. Proceri tamen ne? Quaſi non hec ſepe con-
gruentius trabitus aptetur. An fortitudinẽ. Que valentiorĩ leonine

ceruicis thoris regnat · An decorem liniamentorum ? Quem crebro
meliꝰ infigit · et argilla ſimulachris · et cera picturis · An velocitatē?
Que competentius canibus aſſcribitur. An vigilanciam ? cui certat
et noctua. An vocem? Cui non ceſſerit aſinus claritate · An induſtriā?
cui pro ſuo modulo comparari non formica formidat. Si forſitan pre
ferunt vim videndi? tamꝗ̄ non ſit eminentior viſus aquilarum. Pre
ferunt audiendi efficaciam : tamꝗ̄ ſus hiſpidus non anteſtet audi/
tu. preferunt odorandi ſubtilitatem? tamꝗ̄ uon precedat vultur ol/
factu. Preferunt guſtandi diſcretionem ? tamꝗ̄ non plurimum hinc
nos cedamus et ſimio . Quid de tactu loquar quinto ſenſu corporis
noſtri quem ſibi indifferenter tam philozophus qm̄ vermiculus vſur
pant. Taceo hic de appetitibus illecebroſis quos in coitum motui be
luino carnis humane voluptas inclinata communicat . Ecce qm̄ mi/
ſeriam preferunt ex coluntqꝫ . qui michi quod eis ſolo ſis obtutu no
tior. turgidi inſultant. Aſt ego illum ſemper filagrium video . cuius
ſi tacentis viderem faciem: filagrium non viderem . Vnde illud ſimile
vulgatum eſt quod ait quidam in cauſa diſpari . ſentencia pari . fili
um marci ciceronis . populus romanus non agnoſcebat loquentem.
Cōclamata ſunt namqꝫ iudicio vniuerſalis ſciencie dignitas. virtus
prerogatiua cuius ad maximum culmen meritorum gradibus aſten
ditur · Primum eciam beſtiale corpus , ſi iam fortr formatū eſt. dig/
nitate tranſcendit materiam informem . Deinde formato preponitur
corpus animatum. Tercio precedit animam pecudis humanꝰ aīmus.
Quia ſicut inferior eſt caro vite. ſic vita rationi. cuius aſſequende ſub
ſtanciam noſtram cōpotem. deus artifex formam vero impotem fecit·
Ita tamen qđ in ſtatu mentis humane pollet bipertita cōdicio. Nam
ſicut anime humanitus licet ratiocinātes. hebetes tamen pigrioreſqꝫ
prudentum acutarumqꝫ calcantur ingenio. Ita ſi qne ſunt . que natu
rali ſola ſapiencia vigent. hee peritarum ſe meritis ſuperueniri facile
concedunt . Quorum ego graduum . differenciam obſeruans illum
filagrium cordis oculo ſemper inſpicio cui me animus potenti aliter
notum morū ſimilitudinem facit. Nam licet bonis omnibus placens:

nemo te valuit intrinſecus plus intueri. ꝙ qui forinſecus affectat imi
tari. Sane qualiter ſtudiorum tuorum conſectaneus fiam conſequa
pagine parte reſerabitur. Amas vt comperi quietos. ego et igna-
uos. Barbaros vitas quia mali putentur. eciam ego ſi boni. lecti-
oni adhibes diligentiā. ego quoqꝫ ī illa parum michi patior nocere
deſidiam. Comples perſonam religioſi. ego vel ymaginem. Aliena nō
appetis. ego eciam refero ad queſtum. ſi propria non perdam· delecta
ris contubernijs eruditorum: ego turbam quālibet magnam littera-
rie artis expertem maximam ſolitudinem appello. diceris eſſe letiſſi-
mus. ego ꝙ lacrimas omnes perire diffinio. quas quiſqꝫ ꝓfuderit vbi
quotiens deo ſupplicat. humaniſſimus eſſe narraris. noſtram ꝙ men-
ſulam. nullus vt ſpe cum poliſemi hoſpes exhorruit. Sūma clemēcia
tibi in famulos eſſe perhibet̄. nec ego torqueor· ſi mei quotiēs pecca
uerint non totiens torqueant̄. Jeiunandum alternis putas. nō piget
ſequi: ad prandendum non pudet preuenire. de cetero ſi vos a me vi-
deri xpiſti munere datur. ita gaudeam. tāꝙ cui de te nec minora ſub-
tracta ſint. Porro autem que ſint in te maiora. iam ſatis noui. Prop
ter que fieri. facili⁹ poteſt. vt et ſi quandoqꝫ faciem tuā corā poſitus
inſpexero aliqua de te recēs michi leticia poti⁹ ꝙ ſentencia accedat

¶ Sidonius ſalomo ſalutem.

QVotiens viennam venio. empto maximo velim. vt te fratrēqꝫ
communem colonum ciuitatis habitatio pl⁹ haberet· q̄ michi
non amore ſolū verūeciam profeſſione ſociamini. Sed et ille imputa
tionē meam p̄textu frequentate ſuburbanitatis eludit· per quā effi-
citur. vt vobis. nec p̄ſens ipſe nec reus ſit. et tu habes quo te interim
excuſes. quia te diu poſſident. vix recepta poſſeſſio. quitquid illud eſt
iam venite. hac deinceps condicione diſceſſum impetrari. vt aut viciſ
ſim redeatis. aut ſerius. Namqꝫ licet ruri poſiti ſtrennuos impleatis
agricolas. tu vero propriam terrā fecūdabitis. ſi eccleſiam quam plu
rimum colitis. plus colatis.

¶ Sidonius chariabaldo abbati ſalutem.

Facis o vnice in xpriſto patrone . rem tui pariter et amoris et moris.quod peregrini curas amici.litteris mitigas conſolatorijs . atq; vter mei ſemper ſic recorderis vt ſollicitudines ipſas angore ſucciduo concathenatas qui exhortatur attenuas:interceſſor incidas .De cetero libertos tuos cauſis quas iniunxeras expeditis.reuerti puto . quos ita ſtrennue conſtat rem peregiſſe vt nec eguerint adiuuari. Per quos nocturnalem cucullum.quo membra confecta ieiunijs inter orandum cubandumq; dignanter tegare tranſmiſi . q̄mq̄ non oportune ſpecies villoſa mittatur hyeme finita iamq; tēporibꝰ eſtatis appropinquantibus.

¶ Sidonius voluſiano ſuo ſalutem

Iubes me domine maior.lege amicicie quam nephas ledi iam diu deſides digitos in cudibus officine veteris inponere . Et ſancto abrahe die functo. veniam funebrem luctuoſis carminibus inſcribere . Celeriter iniunctis obſecundabo cum tua tractatus auctoritate.cum principaliter ampliſſimi viri victorij.comitis deuotione p̄uentus.quem iure ſeculari patronum .iure eccleſiaſtico filium.excolo vt cliens.vt pater diligo. Qui ſatis docuit que ſibi aut qualis erga famulos xpriſti cura ferueret.cum chorum circa decumbentis antiſtitis non dignitatem minus q̄ membra curuatus ac ſupra vultum p̄pinqua morte pallentem dolore concolor factus .quid viro vellet. lacrimis inditibus oſtenderet . Et quia ſibi maximas humandi funeris partes ipſe preripuit.totum apparatu ſupercurrentis impendij. quod funerando ſacerdoti competeret · impartiens ſaltem ad obſequium que remanſerunt verba conferimus . Nichil aliud exaraturi . Stili ſculpentis impreſſu.quoniam teſtimonium mutue dilectionis . Ceterum viri mores.geſta. virtutes. indigniſſime meorum vilitate dictorum ponderabuntur.

¶ Incipiunt verſus

Abraham ſanctis merito ſociande patronis.
Quos tibi collegas dicere non trepidem.
Nam ſic precedunt vt mox tñ ipſe ſequare
Dat patrem regni portio martirij·
Natus ad eufraten ꝑ xp̄o ergaſtula paſſus.
Et quinquennali vincula laxa fame
Elapſus regi truculento ſuſidis hore
Occiduum properas ſolus aduſqꝫ ſolum.
Sed confeſſorem virtutū ſigna ſequuntur
Spiritibuſqꝫ malis fers fugitiue fugam.
Quaqꝫ venis lemurū ſe clamat cedere turba.
Demonas ire iubes exul in exilium.
Expeteris cūctis. nec te capit ambitꝰ vllus.
Eſt tibi delatus plus oneroſus honor.
Romuleos refugis bizantinoſqꝫ fragores·
Atqꝫ ſagittifero menia fracta cito
Murus alexandri te nō capit anthiochiqꝫ
Spernis eliſſee birſica tecta domus
Rura paludicole tempnis populoſa rauenne
Et que lanigero de ſue nomen habet
Angulus iſte placet paupertinuſqꝫ receſſus.
Et caſa cui culmo culmina preſſa forent
Edificas hicpſe deo venerabile templum.
Ipſe dei templum corpore facte prius·
Finiti curſus iſtic viteqꝫ vieqꝫ
Sudori ſuper eſt dupla corona tuo
Iam te circumſtant paradiſi milia ſacri.
Abraham iam te conperegrinus habet.
Iam patriā īgrederis ſed de q̄ decidit adā.
Iam potes ad fontem fluminis ire tui.

Ecce vt iniunxeras que reſtant ſepulto iuſta perſoluimus: ſed ſi viciſſim caritatis imperijs. fratres. amicos· commilitones. obſequi

decet advicem queſo tu quoqꝫ quibus emines inſtitutis diſcipulos eius aggredere ſolari. fluctuantemqꝫ regulam fratrum deſtitutorum. ſecundum ſtatuta lirinenſium patrum vel grinnincenſium. feſtinus informa. Cuius diſcipline ſi qui rebelles ipſe caſtiga. ſi qui ſequaces ipſe collauda. prepoſitus illis quidem videtur ſanctus auxianius. qui vir vt noſti pluſculum iuſto et corpore infirmus. et verecundus ingenio. eoqꝫ parendi q̄m imperandi promptior exigit te rogari. vt tuo ipſe ſub magiſterio monaſterij magiſter accedat. et ſi quis illū de iunioribus ſpreuerit tamq̄m imperitum vel puſillanimem per te vnū ſentiat vtrumqꝫ non impune contempni. Quid multa? Vis vt paucis qiud velim agnoſcas? queſo vt abbas ſit frater auxianius ſupra congregationem. tu vero et ſuper abbatem.

Sidonius conſtantio ſuo ſalutem.

AT te principium tibi deſinet. Nam petitum miſimus opus. raptim relectis exemplaribus que ob hoc in manus pauca venerunt. quia michi nichil de libri huiuſce conſcriptione meditanti. hactenus incuſtodita nequeunt inveniri. Sane iſta pauca quequidem et leuia ſunt celeriter abſolui q̄mq̄ incitatus ſemel animus necdum ſcripturire deſineret. ſeruans hoc ſedulo genus temperamenti: vt epiſtolarum non produceretur textus. ſi numerus breuiaretur. Pariter et cenſui librum quem lector delicatiſſimus deſiderares et ſatis abilem, nec parum excuſabilem fore. ſi quoniam te ſenſuum ſtructuarūqꝫ leuitas poterat offēdere: mēbranarū certe faſcibꝫ minꝰ honerarere. Cōmēdo griuarios iudicio tuo nr̄i pectoris. motꝰ minime ignarus. qd̄ ita mens pateat in libro veluti vultꝰ in ſpeculo. dictaui enī quepiā hortādo laudādo plurima. aliqua ſuadendo. merēdo pauca. Iocādoqꝫ nōnulla. Et ſi me vſpiā lectitauiſti. in aliq̄s cōſcitatiōrē. ſcias volo xp̄i dextera opitulante me numq̄ tolleraturū. animi ſeruitutem. compertiſſimum tenens bipertitam ſuper hijs moribus hominum

eſſe cenſuram . Nam vt timidi me temerarium . ita conſtantes libe-
rum appellant. Inter que ipſe decerno ſatis illius iacere perſonam: cu
ius neceſſe eſt latere ſentenciam. ad pꝛopoſitum redeam. Interea tu
ſi quid a lectionis ſacre continuatione reſpiras. hijs licebit nenijs auo
cere. Nec faciet materia· vt inmenſa faſtidium quia cum ſingule cau
ſe ſingulis ferine epiſtolis finiantur. cito cognitis in que oculum in-
tenderis. ante legere ceſſabis ꝙ lecturire deſiſtas.

¶ .G. S. A. S. Liber ſeptimus explicit Incipit octauꝰ.
Sidonius petronio ſuo ſalutem.

ET quidem pulchre. Mos hic tuus et perſeuera vir om-
nium boноꝛum qui vſpiam degunt laude digniſſime. ꝙ
amicoꝛum gloꝛia ſicubi locꝰ lenocinaris. Hinc eſt quod
eciam ſcrinia aruerna petis euentilari cui ſufficere ſuſ-
picabamur ſiquid ſuperioꝛe vulgatu pꝛotuliſſemus . Itaqꝫ moꝛem ge
remus iniunctis. actionem tamen ſtili eatenus pꝛorogaturi vt epiſto
larum ſeriem nimirum a pꝛimoꝛdio voluminis inchoatarum in exti-
mo fine parui adhuc numeri ſumma pꝛotendat opus. videlicet expli
citum quodam quaſi marginis ſui limbo coꝛonatura . Sed plus ca-
uendum eſt ne ſera pꝛopter iam pꝛopalati augmenta voluminis . in
aliquos foꝛſitan incidamus vituperones. quoꝛū fugere linguas cote
liuoꝛis naturaliter acuminatas . nec demoſtenis . quidem ciceroniſqꝫ
ſentencie artifices et eloquia fabra potuere . Quoꝛum anterioꝛ ora-
toꝛ demadeni. citerioꝛ anthonium. tollerauere derogatoꝛes. Qui liui
di cum fuerint malicia clare . dictionis obſcure: tamen ad noticiam
poſterioꝛum per odia virtutum decurꝛerunt. Sed quia hoꝛtaris re-
petitis laxemus vela turbinibus . et qui veluti maria tranſmiſimus.
hoc quaſi ſtagnum pernauigemꝰ . Nam ſatis habeo deliberatum. ſicut
adhibendam in conſcriptione diligenciam: ita tenendam in edicione
conſtantiam. Demum vero medium nichil eſt . Namqꝫ aut minimum
ex hiſce metuendum eſt. aut per omnia omnino conticeſcendum·

Sidonius Johanni ſuo ſalutem.

C Redidi me vir peritiſſime nefas in ſtudia cōmittere. ſi diſtu-
liſſem pꝛoſequi laudibꝰ quod aboleri tulitteras. Quarum quo-
dammodo iam ſepultarum ſuſcitatoꝛ. fautoꝛ. aſſertoꝛ. concelebraris.
teqꝫ per gallias. vno magiſtro ſub hac tempeſtate belloꝛum. latina
tenuerunt ora poꝛtam. cum pertulerint arma. naufragium. debent igi-
tur vel equeui vel poſteri noſtri vniuerſatim feruentibus votis al-
terum te vt demoſtenem. alterum vt tullium. nunc ſtatius ſi liceat
conſecure· nunc pmaginiibus. ꝙ te docente foꝛmati inſtitutiqꝫ iam ſi-
nu in medio ſic gentis invicte. quod tamen aliena talium vetuſtoꝛum
ſigna retinebunt. Nam iam remotis gradibꝰ dignitatū per quas ſo-
lebat vltimo a quo ſummꝰ quiſqꝫ diſcerni. ſolū erit poſt hac nobilita-
tis iudicium litteras noſſe. Nos uero ceteros ſupra doctrine tue be-
neficia cōſtringunt. Quibus aliquid ſcribere aſſuetis quodqꝫ vēturi
legere poſſint elaborantibus. ſaltem de tua ſchola ſeu magiſterio cō-
petens lectoꝛum turba perueniet. Vale.

Sidonius leoni ſuo ſalutem

A Pollonij pitagoꝛici vitam. non vt nichomachus ſenioꝛ epi-
loſtrati · ſed vt raſcius victoꝛianus emichomachi ſcedio ex-
pꝛeſſit. quia viſeras miſi. Quam dum patrie feſtino celeriter. eiecit
in tumulis tuarum exempler. turbida. et pꝛeceps. et opica tranſlatio
Neqꝫ michi rem credito. diuturnius elaboratam viciovertas· Nam
dum me tenuit incluſum mora. menium luuanoꝛum. cuius in commo-
di finem poſt opem xpꝛiſti tibi debeo. Non valebat curis animus
eger. ſaltim ſaltuatim tradenda percurꝛere. nunc per nocturna ſuſpi-
ria. nunc per diurna officia diſtractus· Ad hoc et cum me defetigetū.
ab excubijs addiuerſoꝛium crepuſculaſcens hora reuocauerat. vix da-
batur luminibus inflexis parua quies. Nam fragoꝛ ilico. quem mo-
uebnat vicinantes. in pluuio cubiculi mei. due quepiam anuſgetides.

quibus non vnqꝫ̃. litigioſius. bibatius. vomatius erit. Sane cum pri
mum reduci aliquid ocij fuit · inpolitum hunc ſemicrudumqꝫ. et vt
aiunt tamqꝫ̃ muſteum librum. plus deſiderij tui qm̃ officij mei memor
obtuli. Quo circa ſepone tantiſper phiticas lauros. hipocrinemqꝫ. et
illos carminum modos tibi vni tantum penitiſſime familiares. quod
tamen doctis vt eis ipſe perſonis tam fonte qm̃ fronte ſudantur. Suſ
pende potandi illud qꝫ̊ celiberrimum flumen. quod non ſolum genti-
licium ſed domeſticum tibi. quodqꝫ in tuum pectꝰ per ſucciduas eta
tes ab attauo frontone traſſunditur. Sepone pauxillulum inclamatiſ
ſimas declamationes · quas oris regij vice conficis. quibus ipſe rex
inclitus modo corda terrificat gentium tranſmarinarum. modo de ſu-
periore cum barbaris ad vacalim trementibus fedus victor inodat.
modo per promote limitem ſortis. vt populos ſub armis. ſic frenat
arma ſub legibus. Exuere vtcumqꝫ cõtinuatiſſimis curis · et ocium
tuum mollibꝰ aulicis motibuſqꝫ furare. hiſtoriam flagitatã tunc re-
cognoſces oportune cõpetenterqꝫ. ſi cũ tyaneo noſtro nũc ad cauca-
ſum indũqꝫ nunc ad ethiopum gimnoſophiſtas. indorũqꝫ bragmanas
totꝰ lectioni vacãs. et ipſe quodãmõ peregrinere. lege virũ fidei ca-
tholice pace ꝑfata in plurimis ſimilẽ tui. idem a diuitibꝰ ambitũ. nec
diuicias ambientẽ. cupidũ ſciencie. continentẽ pecunie · inter epiſto
las abſtemiũ. inter purpuratos linteatũ. inter alabaſtra cenſorium cõ
cretum. hiſpidũ. hirſutũ. in medio nationũ delibutaꝝ. atqꝫ inter ſotra-
pas regum tyaratorum. mirratos punicatos. malabatratos. venerabi
li ſqualore precioſum. cumqꝫ proprio nichil eſui. aut indutui de pecu-
de conferret · et regnis ob hoc que perrauit · non tam ſuſpicioni. qꝫ̃ fuiſ
ſet ſuſpectui. Fortuna regum ſibi in omnibus obſecundante. illa tm̃
beneficia poſcentem. que mage ſit ſuetus. oblata preſtare qꝫ̃ ſumere.
Quid multis? Si vera metimur eſtimamuſqꝫ. forſſuat an philozophi
vite ſcriptor equalis maiorum temporibus acceſſerit. cum te par ſe-
culo meo per te lector obuenit. vale.

¶ Sidonius conſentio ſuo ſalutem.

V Trqm̄ ne nos dei nutu domine maioꝛ vna videbit. ille ager tuus octouianus. nec tuus tantum quantum amicoꝛum. Qui ciuitati. fluuio. mari proximus. hoſpites epulis te paſcit hoſpitibus. Pꝛeter hec. oculis intuentium ſitu decoꝛus. primoꝛe loco. quod domicilium parietibus attollitur. ad concinnenciam ſcilicet architectoricam fabꝛe locatis. Tum ſacrario poꝛticibꝫ. ac terminis cōſpicabilibꝫ. late coꝛuſcans. ad hoc agris aquiſqꝫ. vinetis. atqꝫ oliuetis. veſtibulo campo. colle. Amenissimus iam ſuper penum. vel ſuperlectilem copioſam thezauris biblioteralibꝫ. large refertus. vbi ipſe dum non minꝰ ſtilo q̄ꝫ vomeri incumbis. difficile dinoſcitur domini plus ne ſit cultū rus an ingenium. hic tu igitur quantū recoꝛdoꝛ citos iambos. elegos acutos. ac rotundatos endecaſillabos. et cetera carmina muſicos floꝛes. thimumqꝫ redolentia nunc narbonenſibꝫ cantitanda. nunc biterēſibus. ambiendum celerius an pulchꝛius elucubraſti. apud equeuos graciā tuā. famam apud poſteros ampliaturus. certe quotiens michi tui veꝛſus a meditationis incude tamq̄m adhuc calidi deferebantur. ſic videbatur. qui et ſi non bene ſcribo: bene iudicio. Sed quod fatendum eſt talibus ſtudijs anterioꝛ etas iuſte vacabat. ſeu quod eſt verius occupebatur. Modo tempus eſt ſeria legi. ſeria ſcribi. deqꝫ perpetua vita potius q̄m memoꝛia cogitari. nimiumqꝫ meminiſſe noſtra poſt moꝛtem non opuſcula ſed opera penſanda. Que quidem ad pꝛeſens non ita loquoꝛ, quaſi tu non vtraqꝫ laudanda conficias: aut ſi adhuc durat in ſermone leticia. non cuſtodiatur in actione cenſura. ſed vt qui xpꝛiſto fauente clam ſanctus es. iam palam religioſa venerandus iugo ſalubꝛi colla pariter et coꝛda ſubdare. inuigiletqꝫ celeſtibus lingua pꝛeconijs. anima ſentencijs dextera donarijs. Pꝛecipue tamen dextera donarijs. quia quitquid eccleſijs ſpargis. tibi colligis ad cuius exercicia vrtutis. illud vel pꝛincipaliter te poterit accendere. quod inter opes quaſlibet poſiti. que bona ſtultis falſo vocantͬ ſiquid agimus noſtrum. ſiquid habemus alienum eſt.

Sidonius foꝛtunali ſuo ſalutem.

Ibis et tu in paginas noſtras amicicie columem foꝛtuñalis. 5
hibericarum decus illuſtre regionum. Neqꝫ enim tibi famili-
aritas tam parua cum litteris. vt per has ipſas de te aliquid poſt te
ſupeſſe nō deceat. Viuet ſcilicet. in poſterum nominis tui gloꝛia. Nam
ſi qua noſtris qualitercumqꝫ gloꝛia. gracia. reuerencia. fides. cartulis
ineſt. ſciat etas volo poſtuma. nichil tua fide firmiꝰ. foꝛma pulchriꝰ.
ſentencia iuſtius. paciencia tollerantius. conſilio grauius. conuiuio
letius. colloquio iocundius. illud qꝫ ſupra cetera agnoſcet. pꝛeconia
laudibus tuis ex votoꝛum contrarietate veniſſe. Nam pꝛope eſt vt
eminentiꝰ cenſeatur qđ ꝓbauerunt te aduerſa conſtantē ꝙ ſi celarēt
ſecunda felicem.

Sidonius nammatio ſuo ſalutem.

Gayum ceſarem dictatoꝛem quo ferunt. nullum. rem militarē 6
pꝛeſtabilius. neqꝫ ducalius adminiſtraſſe: ſtudia certatim dic
tandi lectitandiqꝫ ſibi mutuo vindicauere. Et licet in pſona vnius
eiuſdemqꝫ tēpoꝛe ſuo pꝛincipis viri caſtrenſis oratoꝛieqꝫ ſciencie cura
certauerit ferine gloꝛia eq̄parari. idē tñ nūꝙ ſe ſatis duxit ī vtriuſqꝫ
artis arce compoſitum. pꝛiuſꝙ veſtri arpinatis teſtimonio anteferꝛet
ceteris moꝛtalibus. Quod michi qꝫ ſi parua magnis componere licet
ſecundum modulum meum. qm̄ꝙ diſſimillimo ſimiliter acceſſit. Que
ſuper cuctos te ꝙ primū decuit agnoſcere. quia tibi eſt tā gloꝛia mea
ꝙ verecundia plurimum cure. Flauius. nicetius. vir oꝛtu clariſſimus.
pꝛiuilegio ſpectabilis. meritro illuſtris. et hominū patrie noſtre pꝛu
dencia periciaqꝫ iuxta maximus. p̄conio quantum comperi inmenſo
pꝛeſentis opuſculi volumina extollit. inſuper pꝛedicans qđ plurimos
iuuenū. nec ſenum paucos vario genere dictandi militandiqꝫ. quippe
adhuc euo viridis. ipſe ſim ſupergreſſus. Equidem inquantum fieri
pꝛeter iactanciam poteſt. gaudeo de pꝛeſtantiſſimi viri auctoꝛitate. ſi
certus eſt. amoꝛe ſi fallitur. licet quis pꝛouocatus ad facta maioꝛum
non inertiſſimus. quis quoqꝫ ad verba non infantiſſimus erit. Namꝫ
virtutes artium iſtaꝝ ſeculis potius pꝛiſcis ſeculoꝝ rectoꝛ ingemuit.

Que per etatem mundi iam ſeneſcentis laſſatis veluti ſeminibus e/
medullates . parum aliquid hoc tempore in quibuſcumqꝫ. atqꝫ id in
paucis mirandum. ac memorabile oſtendant . Huius tumen ego. et ſi
ſtudiorum omnium caput eſt. litterarumqꝫ. qui perſonam excolui. ve/
reor ſenteciam ſupra quam veritas habet affectu ponderariore. prola
tam. Neqꝫ ob hoc in inficias ierim me ſepe luculentis eius actionibꝫ
aſtitiſſe. Quarum me et ſi mutuum videor. vel ex parte curſimqꝫ fieri
memorem fas eſt. Audiui enim adoleſcens. atqꝫ adhuc nuper expue/
ro cum pater meus prefectus pretorio. gallicanis tribunalibus pre
ſideret: ſub cuius videlicet magiſtratu conſul aſterius anni ſui fores
votiuum trabeatus aperuerat. Adherebam ſelle curuli. et ſi non la/
tens generoſitatis per ordinem . certe nō ſedens per etatem . Mixtuſ
qꝫ turme cenſualium penulatorum conſulis proxime proximus eram
Itaqꝫ vt primum breui peracta nec breui ſportula. datiqꝫ faſti accla
matum eſt ab omni gallie cetu. primoribus aduocatorum vt feſti ui/
tate preuentas horas ante lucanas. que diem ſerum cum ſilentio preſ
tolarentur. congrua meritorum faſcium laude honeſtarent . Niceti/
um protinus circumſpexere conſpecti. Qui non ſenſim ſingulatimqꝫ.
ſed timulatuatim petitus et cunctim cum quodam prologo pudoris
vultum honeſte demiſſus irrubuit. Atqꝫ ob hoc illi maximum ſophos
non eloquencia prius q̄m verecucidia dedit. Dixit diſpoſite . graui/
ter. ardenter. magna acrimonia. maiore fecundia. maxima diſciplina
et illam ſarranis ebriani ſuccis. inter crepitancia ſegmenta. palama/
tam plus picta oratione plus aurea conuenuſtauit . Per ipſum fere
tempus vt decem viraliter loquar. lex de preſcriptione tricennij fu/
erat proquiritata . Cuius peremptorijs abolita rubricis lis omnis
in ſextum tracta . quinquennium terminabatur . Hanc intra gallias
ante neſcitam. primus quem loquimur orator. indidit proſecutionibꝫ
edidit tribunalibus. prodidit partibus. addidit titulis. frequente cō
uentu. raro cedente. paucis ſentencijs . multis landibus . Preter iſta
per alias vices doctricam illius quo more citius homo diſcitur. inob
ſeruatus inſpexi. tunc cum que regit prouinciat faſcibus incetiano/

regeretur prefectura conſilio. Quid multa? Nil quod non meum vel
lem. nil quod non admirarer audiui. Propter que omnia bona in vi-
ro ſita: letor ad puncta cenſoris omnium voce conſelebrati. Grandi-
ter enim ſua in vtranuus de me opinionem ſentencia valet. Que ſi ve
ram comperimus tantum michi eſt fauens ſecuritati. quantum fieret
aduerſata formidini. de cetero fixum apud me ſtat conſtitumqꝫ pro
vt rem ex aſſe congnouero. vel ſilentio me lora laxare. vel ſtringere
frena garritui. Namqꝫ ſi ſupradicti confirmor aſſenſu. athenis loqua
tior. ſi minus amiclis ipſis taciturnior ero. Sed de ſodali. deqꝫ me. ſa
tis dictum. Tu nunc inter iſta quid rerum. Quas michi ad vicem
noſſe non minus cordi. venaris? edificas? Ruſticaris ne? An horum
aliquid vnum? An ſingulia viciſſim an pariter et enuctim? Si de vi-
trunio. ſiue columella. ſeu alterutrum ambos ve ſectere. decentiſſime
facis. potes enim vtrumqꝫ more. quo qui optimo. ideſt vt cultor ali-
quis e primis architectuſqꝫ. ceterum vt tibi de venatoris officio qm̄
minimum blandiaris: maxime iniungo. Namqꝫ apros fruſtra in vena
bula vocas. quos canibus miſericordiſſimis quib9 habundas. et q̊dem
ſolus. mouere potius q̄ cōmouere cōſueſti. Eſto. ſit indugencia dignū
q̄d reformidāt catuli tui beſtijs appropīqre terribilibꝫ. corpulentiſqꝫ
Illd ignoro quomō excuſes q̄d capreas pecuſſimū. pariter et damas
in fugam pro nos. incentibꝫ aīmis. pectoribus erectis. paſſibus raris
crebris latratibus ꝑſequntur. Quapropter de reliquo fructuoſi9 rethi
bus caſſibuſqꝫ ſcrupeas. repes atꝫ opacādis habilia luſtris cluſor ſta-
tarius nemora circūuenis ac pudor. ſi quis tēperas curſibus apertis
quatere campos et īſidari lepuſculis olarinenſibus quos nec eſt tāti
raro te īſectante ſuperādo ſcopulis palam ductis inq̇etari. niſi forſitā
dum tibi ac pater. noſter appollinaris īteruenit. recti9 fiet vt excerce
antur. Exceptis iocis. fac ſciam tādem. q̄d te. quid domū circa. Sed
ecce dum iā epiſtolā. que diu garrit claudere optarem. ſubitus a ſanc
tonis nuncius cum quo dum tui obtentu. aliquid horarū ſermocinan
ter extraximus: conſtanter aſſeuerauit. nuper vos claſſicum in claſſe
ceciniſſe. atqꝫ inter officia. nunc naute modo militis. littorib9 occeani

curius in errare. cōtra ſaxonum pandos mioparones. quorum quot re-
miges videris. totidem te cernere putes arichipiratas. ita ſimul ōnes
imperant. parent. docent. diſcunt latrocinari. Vt nunc eciam vt ꝗ
plurimum caueas. cauſa ſucceſſit maxima mouendi. hoſtis eſt omni
hoſte truculentior. Inprouiſus aggreditur. prouiſus elabitur. ſpernit
obiectos. ſternit incautos. ſi ſequatur intercipit. ſi fugiat: euadit. Ad
hoc exercent illum naufragia. non terrent. Eſt eis quedam cum diſ-
criminibus pelagi nō noticia ſolum. ſed familiaritas. Nam qm̄ ipſa ſi-
qua tēpeſtas eſt. hinc ſecuros efficit occupandos. hinc proſpici vetat
occupaturos. in medio fluctuū ſcopulorūqꝫ confragaſorꝫ ſpe ſupuentꝰ
leti periclitantᷣ. Preterea priuſꝗ de continēti in patriā vela laxan-
tes. hoſtico mordaces anchoras vado vellant. mos ē remeaturis. deci-
mū quēqꝫ captorꝫ per equales et cruciarias penas plus ob hoc triſti
qd ſuperſticioſo ritu necare. ſubqꝫ collectam turbā periturorū mortis
iniquitatē. ſortis equitatē diſpergere. Talibus eligūt votis. victimis
ſoluūt. et per huiuſmodi nō tā ſacrificia. purgati. ꝗ ſacrilegia polluti
religioſum putant cedis īfauſte ꝑpetratores. de capite captiuo magis
exigere tormēta ꝗ precia. Quā ob rem. metuo multa. ſuſpicor varia.
qm̄ꝗ me ecōtrario ingentia horrentᷣ. primum qd victoris populi ſig-
na comitaris. Deni qd īſapientes viros quos īter iure cēſeris. minus
aīmo licere fortuitis. Tercio: qd pro ſodalibꝫ fide iūctis. ſede diſcretis
frequēter īcutiunt. et tuta merorē. q̄a promptiꝰ de actionibꝫ lōginqs
ambiendiſqꝫ ſiniſtra queqꝫ metus augurat. Sed dicas non eſſe tantū
forte curāda que ꝑhorreſco. Id q̄dem verꝫ eſt. Sed nec hoc falſum. qd
hijs quos ampliꝰ diligimꝰ. plus timemꝰ. Vnde nichilhominꝰ precer-
ortū tui cauſa ſenſibꝫ nr̄is ꝗ primū proſpero relatu exime angorē
Neqꝫ enī ex integro flecti vmꝗ ad hoc poſſum. vt de peregrinātibꝰ
amicis. quippe quos bellica militariſqꝫ teſſera terit. donec fecūda cog-
noſco. nō aduerſa formidem. Varronē. logiſtoricū ſicut popoſceras. et
euſebium croriograhum miſi. Quorum ſi ad te lima peruenerit ſiquid
inter excubiales curas vtpote in caſtris ſaltē ſortito vacabis: poteris
poſtꝗ arma deterſeris ori quoqꝫ tuo loquēdi rubiginem ſubmouere.

## Sidonius audaci ſuo ſalutem.

(v) Ubi ñam ſe nunc velim dicas gentiū abſcōdunt. qui ſibi ſepe 7
de molibus facultatū cōgregatarum deqꝫ congeſtis iam īgreſ
centis argenti ſtruibꝫ blandiebantur. vbi eciam illoꝝ p̄rogatiua qui
cōtra indolem iunioꝝ ſola occaſione precedentis etatis ītumeſcebāt?
Ubi ſunt illi quoꝝ affinitas nullo indicio maiore cognoſcit᷑ ꝙ̄. ſimul
tate? Nempe cū primū bonis actibus locus eſt. et ad trutinam iudicij
principalis appenſa tandem nō nummoꝝ libra: ſed morum. remanſere
illi qui ſuperbiſſime opinabant᷑ ſolo ſe cenſu eſſe cenſendos. quiqꝫ ſic
vicijs vt diuicijs incumbantes. volunt vanitatis videri alienam ſur
rexiſſe pſonam. cū nolint cupiditatis notari. ſuam creuiſſe ſubſtanciā
In qua tamen detrahendi paleſtra excercitati. tāq̄ȝ per oleū ſic per
infuſa emulationum venena macerantur. Tu vero inter hec mactes.
qui prefecture titulis ampliatus. licet hactenus e proſapia illuſtris cō
putarere peculiariter nichilo ſegniꝰ elaboraſti. vt a te glorioſius poſ
teri tui numerarentur. Nichil enī eſt illo per ſentenciā boni cuiuſqꝫ
generoſius. quiſquis ingenij. corporis. opum iunctam in hoc cōſtans
operā exercet. vt maioribus ſuis anponat᷑. quod ſupereſt. deum poſco
vt te filij cōſequenter. aut q̄ꝺ plꝰ decet velle trāſcendant. et quicūqꝫ
non ſuſtinet te diligere prouectum. medullitus eſtuantes a ſemetipſo.
liuoris proprij. ſemper exigat penas. Cūqꝫ nullas ī te habuerit vmq̄ȝ
cauſas miſericordie: habeat īuidie. Siquidem iuſte ſub iuſto pricipe
iacet. qui per ſe minimꝰ. et tm̄ per ſua maximꝰ. aīmo minimꝰ viuit et
patrimonio plurimꝰ.

## Sidonius ſiagrio ſuo ſalutem.

(d) Dic gallicane flos iuuentutis. quouſqꝫ tādem ruraliū operum 8
negocioſus vrbana faſtidis. Quādiu attritas teſſerarū quō
dam iactibꝫ. teſſeris manꝰ. cōtra ius faſqꝫ ſibi vindicant inſtrumenta
cerealia? Quouſqꝫ prati comantis exuuias hibernis noualibus. non
vt eques. ſed vt bubulcus abſcondis? Quouſqꝫ tua te taionnacus

patricie ſtirpis laſſabit agricolam? Quouſqꝫ pondus ligonis obtuſi.
nec perfoſſis antibus ponis. Quid ſerranoꝛum emulus. et camilloꝛum.
cū regas ſtiuam diſſimulas optare palmatam. parce tantū ī nobilita
tis īvidiam ruſticari. Agrum ſi mediocriter colas · poſſides ſi nimiū
poſſideris. Redde te patrie. redde te eciam fidelibus amicis. qui iure
ponunt͛ inter affectus. Aut ſi te tātum cincinnati dictatoꝛis vita de/
lectat. duc cerciliam que boues iungat. Neqꝫ dixerim ſapienti viro
rem domeſticam non eſſe curandā. ſed eo temperamento. qđ nō ſolum
quid habere ſed quid debeat eſſe cōſideret. Nam ſi ceteris nobiliūſtu
dioꝝ artibus repudiatis. ſole te pꝛopagande rei familiaris vrtica ſol/
licitat. licet tu deductum nomen a trabeis. atqꝫ eboratas cuꝛules. et
geſtatoꝛias bracteatas. et faſtos recolas purpuriſſatos. is ꝓfecto inue
nire quē debeat ſibi īduſtriū qđ latentē. nō tam honorare cēſoꝛ. q̄ cen
ſens onerare·

## Sidonius lampꝛidio ſuo ſalutem.

C Um primū burdegalam veni: litteras michi tabellarius tuus
obtulit. plenas nectaris. floꝝ margaritarum. Quibus ſilentiū
meū culpas. et aliquos verſuū meoꝛū verſibus poſcis. qui tibi ſolent
per muſicum palati concauū. voce variata tinniētes. quaſi tibijs mul
ti forabilibꝰ effundi. Sed hoc tu munificēcia regia ſatis abutens. iā
ſecurus poſt munera facis. quia foꝛſitan ſatyricū illud de ſatirico non
recoꝛdaris. Satur eſt. cum dicit. euhohe. Quid multis? Merito me cā
tare ex ocio · iubes: q̊a iam te ſaltare delectat. Quitq̊d illud eſt pareo
tamen idqꝫ nō modo nō coactus. verūeciam ſpōtaliter facio. tantū tu
vtcūqꝫ moderere. cathonianū ſuperciliose frontis arbitriū. Noſti enī
pꝛobe noticiam poetarum quoꝝ ſic ingenia meroꝛibꝫ vt piſiculi re/
thibꝫ amiciuntur. Aut ſiquid aſperum aut triſte nō ſtatim ſeſe poetica
teneritudo a vinculo incurſi angoꝛis elaqueat. Necdum enī quidq̄m
de hereditate · ſocruali vel in vſum tercie · ſub pꝛecio medietatis ob/
tinui · Interim tu videris q̄m tibi ſit epygrammatis flagitati lemma
placiturum. me tamen nequaq̄ ſollicitudo ꝑmittit. aliud nunc habere

in actione· aliud in carmine . Illud ſane preter iuſticiam feceris ſi in preſenciaꝝ viciſſim ſcripta quaſi cōpares . Ago laborioſum. agis ipſe felicē. Ago adhuc exulē. agis ipſe tā ciuem. et ob hoc inequalia cano quia ſimilia poſco. et paria non impetro. Quod ſi quopiam caſu ineptias iſtas quas inter animi ſupplicia conſcripſimus. nutu indulgencie ſuſceperis. perſuadebis michi. quia cantuū ſimiles fuerint oloriorum quoꝝ modulatior eſt clangor in penis. Similes eciā corde. lyrice violentiꝰ tenſe. que quo plus torta plꝰ muſica eſt. Ceterum ſi probari nequeunt verſus. ocij aut hilaritatis expertes . Tu qꝫ in pagina quam ſubter attexui. nichil qđ placeat ī veies. hijs adhuc adde. quod materiam cui non auditor. ſed potius lector obtigerit: nichil abſenſis autoris pronunciatio iuuat. Neqꝫ enī poſt opꝰ miſſum ſuꝑeſt quid poeta vel vocaliſſimꝰ agat: quē diſtancia loci nec hoc facere ꝑmittit. ꝙ ſolent chori panto minoꝝ: qui bono cantu. male dictata commendant

Quid cirram vel hyantias camenas.
Quid doctos heliconidum lixiores
Scalpros alitis hynnientis ictu.
Nunc in carmina commouere temptas.
Noſtre o lampridrius decus thalie.
Et me ſcribere qui ſub inde cogis.
Ac ſi delfica delio tuliſſem.
Inſtrumenta tuo nouuſqꝫ apollo·
Cortinam. tripodas. chelim. pharetras.
Arcus grifas agam. dupleqꝫ frontis·
Hinc baccas quatiam. vel hinc corimbos.
